I. N. T.

DISCURSUM JURIDICUM

Magnifici ac Amplissimi JConsultorum Ordinis

AUTORITATE,

Sub

PRÆSIDIO

DN. GEORGII ADAMI

Struven/ Hereditarii in Ußlstet/ JCti & Antecessoris hujus Salanæ Celeberrimi, Consiliarii Saxonici, Curiæ Provincialis & Scabinatus Assessoris Eminentissimi, Facultatis Juridicæ SENIORIS longè Meritissimi,

De

Contractu quodam Innominato,

Qui

CONCESSIO

SALINARUM



HALLENSIUM

dicitur,

publicè habebit

CHRISTIANUS HEINRICUS Ellenberger/

HALL. SAX.

ad diem Julii, Horâ locoq; consueto.

Literis JOHANNIS NISII, clↄ Iↄc LXV.

DEO AUCTORE



NOstras gubernante actiones, ita nostros animos ad ejus Omnipotentis erigimus adjutorium, ut neq; nostro confidamus ingenio, sed omnem spem ad solam referamus summæ providentiam Trinitatis &c. *l. 1. d. V. J. Enucl.* Sicuti enim in foro causas dicentib. nefas videtur esse, nullâ præfatione factâ Judici rem exponere (uti loquitur Gajus *in l. 1. d. O. J.* Ita non malè me facturum existimo, si invocatione N. Divini præmissâ, ipsam materiam explicem. Iis verbis aggredimur Dissertationem nostram, quibus Imperator Augustissimus leges temporibus Romuleis latas, & ab Urbe condita introductas, emendans *d. l. 1. §. 1. d. V. J. E.* & novæ prælectionis Codicem congerens, usus est *d. L. §. 2.* Aggredimur dico, in plurali non jactantiam atque ambitionem intendentes, sed aggredimur dico, quod nihil ex proprio ausu vel cerebello, deficiente Superiorum consensu, proferre tentem. Imperiti quidem quidam legulei atq; olivarum lectores Pomponium culpârunt, quoniam de suâ persona in *l. Necessarium 2. pr. de O. J.* in plurali locutus, tanquàm ambitiosum, sed magis decoris atque modestiæ notam esse pulchrè demonstrat Besold *Thesaur. Pract. voc.* von Gottes Gnaden. Sithm. *spec. J. R. cap. 2. n. 4.* Nucl. I. *p. 9.* minusque obstat, quod hic titulus solis iis, qui superiorem non cognoscunt, competat, ut vult Bodin. d. Rep. *l. 1. c. fin.* add. Besold. thes. *voc.* von Gottes Gnaden qui titulus jure etiam translatus ad Germaniæ Principes, quâ de re Matth. Steph. *d. Jurisd. l. 2. p. 2. c. 7. n. 40.* Dn. Carpzov. prax. crim. *p. 1. quæst. 41. n. 25.* Originem ac rationem cape ex Valent. Winther Parthd. litig. *l. 1. c. 6. n. 14.*

quem citat Dn. D. And. Alb. Freyberg Disp. inaug. *de Jurisd. Turb. c.1. num. 2.* Hæc obiter, ne illotis quasi manibus tractemus materiam *d. l. 1. d. O. J.* Rem autem in præsenti non minimam aggredimur expositurí, naturam contractuum Innominatorum, & præprimis juris inde fluentis Salinarum, quam in nulla Corporis Juris parte (*sicut appellatur à Justiniano in l. unica. C. de rei ux. act.*) declaratam, neq; ab ullo Doct. specialiter & perfectè traditam, neque ante nos, ut opinamur, vix ex ullâ Cathedrâ hactenus ventilatam novimus. Fatemur equidem parvitatem nostram, & huic labori impares humeros, quia tamen in magnis voluisse sufficit, & insuper haud dubitemus, quæ noscunque tandem tempestas exceptura sit, de benigno Lectoris Judicio, vela omninò facienda sunt, quod ut ordine & decenter fiat, neque intactum aliquid relinquatur, de Cessione & Concessione prius dicimus illam loco traditionis, quâ Dominium rerum incorporalium, in accipientem præcedente habili causa transfertur. *J. Ulpian. tit. 19. de dom. & acquis. rer. §. 8.* Cùm autem Jus Salis coquendi sit aliquod incorporale, & non satis expeditum, an sec. Treutl. *vol. 2. Disp. 20. th. 1. l. L.* rerum incorporalium propriè dominium sit *per l. 3. si usufruct. petal. l. 15. § 8. quod vi aut clam. l. 2. si serv. vind. l. 12. de usufruct. ear. rer. l. 15. d. aur. arg. legal.* ut ipse fatetur Bachov. *ad d. Aut. d. loc.* qui postea multis & efficacioribus adversantium argumenta & rationes rejicit, dissent. D. Lang. insign. Jur. quæst. *theorem. 5.* Non autem dicta Bachovii extendimus ita, ut ipsi concedamus rationem tertiam, in quâ rejicere videtur distinctionem dominii in directum & utile, licet ad *l. 16. §. 2. de pignor. act. & 2. F. 8.* respondeat, tamen ex responsiones, in ejus castra ut descendamus, non faciunt. Superest adhuc *l. 1. si ager vectig. & d. l. 16. si rectè explic. ex l. 74. l. 75. de R. V.* quæ satis firma consistit, *l. 1. §. 1. de superfic.* Porrò eodem loco dicit Bachovius, se nunquàm vidisse in Jure actionem confessoriam, quæ pro rebus incorporalibus detur, utilem appellari, sed miror, quod ipse non viderit *l. 10. si serv. vind.* ubi expresse dicitur confessoria utilis actio. *l. 16. de servit.* Posito verò rerum incorporalium propriè dominium esse, facilè probandum

erit

erit, ceſſione transferri Dominium. *Ulpian. Inſt. tit. 19. de dom. & acquiſ. rer. l. 33. §. 3. de uſurp.* Bald. *in c. 1. per quos fiat inveſt.* Ubi ad majorem hujus materiæ intelligentiam, nòtandum in traditione, (de hoc enim acquirendi modo ſolùm loquimur) ne in illud, in quod incidit Treutlerus, vir alias rerum peritia & judicii alacritate nobilis, incidamus, ubi in *Diſp. 20. vol. 2. theſ. 2. lit. A.* illud quod ſpeciale traditioni, ſingulis acquirendi modis accommodat, quâ de cauſa & culpatur à Bachovio *in d. l. c.* diſtinguendum eſſe modum ab acquirendi cauſis *d. Aut. d. l.* Sicut autem titulus in rebus corporalibus ſine traditione vera vel ficta, verum translationis dominii effectum non parit; *per l. 23. de acqu. poſſ. l. 1. §. 1. d. tit. l. 2. C. de pact. l. 9. §. 5. d. acquir. rer. dom. l. 11. §. 6. de pignerat. act.* Sed tantùm de quærendo dominio per titulum occaſio præbetur Vultej. Jurispr. *Rom. l. 1. c. 70. n. 35.* Ita modus ſine titulo habili nullus, *l. 31. de acquir. rer. dom. l. 1. §. fin. ibid. §. 40. 41. de R. Div.* De titulo qui plura deſiderat, videat. Hænon. *Diſp. Jurid. 6.* Dn. Lic. Durfeld. *Diſp. inaugur. de Titulo.* de modis acquirendi *tot. tit. ff. de acquirend. rer. dom. & C. per quas perſonas nobis acquir. & Inſt. d. R. Div. ibiq. Dd.*

Et hac ratione eodem modo Ceſsionem, quo veram traditionem, verum vel quaſi titulum deſiderare putamus, *non obſtat l. 10. verb. d. Jure ſi ſerv. vind. l. fin. d. aq. & aqua pluv. l. 2. C. de ſervit. & aq.* qui textus loqvuntur de titulo ſpeciali, quem poſſeſſor rei incorporalis edere cogi non poteſt, ita ut dicere debeat, an ex legato, vendito, vel alio modo poſſideat, ſed ſufficit, ſi modo non vi, non clam, non precariò poſſideat, *l. 1. pr. d. aq. quotid. d. l. 1. §. 10.* ſicut etiam *d. l. 10.* aliter intelligere abſurdum eſſet, ſed ſufficit patientia, ſi diuturnus uſus & longa quaſi poſſeſſio juxta ipſiſſima *d. l.* verba, quam confirmant & explicant *l. ult. de ſervit. l. 16. l. 19. & l. 10. de uſufruct. accreſc. l. 2. C. eod. l. 1. §. 2. ff. de ſerv. P. R. l. 10. de ſervit.* & per patientiam loco tituli, *non obſtat l. 8. v. pro tradito de pecul. l. 9. eod. l. C. ad SC. Vellejan.* præſcribuntur, ſi juſto tempore ſervitutem quæſivimus per *obſ. l. 2. C. de ſervit. & aq. l. 3. §. 4. de aq. quotid. & æſtima.* Magnif. Dn. Præſes *Exe. 13. th. 38.* per patientiam enim ſola

 indu-

inducitur possessio *l. 6. §. 1. si servit. vid.* si quis scientis re utitur, scientia habetur pro patientia *l. 45. pr. ad L. Aquil. l. 2. de noxal. act. l. 4. C. eod.* Pati autem videtur, qui non inhibet usum, cùm inhibere potest *arg. l 3. de noxal. act. d. l. 45. ad L. Aquil. l. 5. §. 10. de his qua effud. vel dejec. l. 1. §. 3. de Tribut. act.*

Modus autem est quasi traditio, quæ in Juribus Cessio seu Concessio dici solet, quia veram traditionem non recipiunt. *l. serv. 43. de acquir. rer. dom.* Indeque utendi Concessio, quod traditione valet, *l. ult. de servit.* ut pulchrè loquitur Hottom. *quæst. illustri 12.* Ad oculum itaque patet rei incorporalis seu Juris per patientiam loco Tituli & utendi concessionem loco modi, seu quasi traditionis Dominium tàm Directum quàm Utile in accipientem justo modo transferri posse, ita etiam, ut vix ac ne vix unum sine altero effectum sortiri possit *l. 15. §. 2. de precar.* Magnif. Dn. Præses *Exerc. 19. th. 4. & Ex. 13. th. 35.* Licet quandoque ita commodè distingui non possint & simul sint, & ipsis acquirendi modis causa annexa sit ac implicata. Id, quod de veris acquirendi modis dicit Bachovius ad Treutler. *Disp. 20. vol. 2. th. 2. l. A.* de mutuo Magnif. Dn. Præs. *Exerc. 16. th. 8.* & pignore, ubi contractus est innexa causa seu titulus traditio vel per quem contractus transfert Jus in re, id quod Jus nil nisi res incorporalis, Dn. Præs. *Ex. 19. th. 47.* Nec requirit titulum concessio, nisi accipiatur pro modo acquirendi dominii, modus autem quomodo perficiatur, vide Bachov. ad Treutl. *Disp. 14. th. 2. lit.* G. Dn. Præs. *Exerc. 13. th. 35. & 36.* Concessionem quod attinet, accipitur quidem quandoque ita, ut dominium transferatur *l. 3. pr. de acquir. rer. dom. l. 33. §. 1. d. leg. 3.* attamen hoc rarò, sed utplurimùm restringitur vel solùm ad tempus, vel planè usus conceditur. *l. 12. §. 1. d. usufruct. l. 8. de aqua & aquapluv. arcend.* Et fit, vel per modum gratiæ, ita ut sentiat naturam donationis, vel per modum contractus, & in hac secundùm J. commun. regulas contrahimus, vid. Gail. *2. obs. 55. n. 6.* quæ ultima & nostri contractus naturam explicat.

Salinarum Etymologiâ quod attinet, illud à primitivo Sal originem trahere autumo, hoc autem, neglectâ aliorum allusione, qui à saliendo, quòd sal in igne saliat, desumptum volunt, rectius

rectius deducitur à Græco ὁ ἅλς τοῦ ἁλὸς, in quâ significatione est masculini generis, ut apud Homerum *Iliad. 1.* ἅλς θεῖος reperitur, unde etiam derivantur Sales, quas facetias dicimus, quia ut Sal cibi, *Luc. 14. v. 25.* sic & hæ sermonis condimentum, Plinius *l. 31. c. 7.* & Cic. *l. 1. Offic.* Sale & facetiis Cæsar vinxit omnes, *Martial. lib. 3. & 8.* Horat. *l. 1. Satyr. 10.* ab eod. dictum quoque ferunt Salarium, inter quos etiam Plinius *d. l.* Quo indicatur tribunorum militarium, ducumq; stipendium, ut Voss. *d. litt. Perm. in voc. Sal. l. filiusfam. ult. de in rem vers. l. 8. §. 23. de Transact. l. 13. d. impens. in res dotal. fact. l. 27. de V. S. l. 7. §. 2. usufruct.* Adde Bocchol. ad §. *per tradit. 40. d. R. D.* Matth. Untzer. *in tract. de Sale c. 1.*

Vocabulum Salina in Jure usurpari solet pro loco, in quo Sal coquitur, seu reperitur, *l. 5. §. 1. de reb. eor. qui sub tutel. l. 4. §. 7. d. censib. l. 3. d. Publ. & vectig.* indeque Salinæ possidebantur tàm à publicis quàm privatis personis, quatenus in iis inveniebantur locis *l. 7. §. 13. solut. matrim. l. 39. §. 1. de hæred. instit. l. 11. d. Vectig. l. 17. d. V. S.* & condemnabantur mulieres seu fœminæ in Salinas *l. 6. d. captiv. & postl. l. 8. §. 5. d. pæn.* earumque legabatur ususfructus *l. 32. §. 2. §. 3. de usu & usufruct. Legat.* redditusque earum numeratur inter Regalia *2. Feud. 26. quæ sunt Reg.* Sed his omissis, accipitur & præprimis in Patriâ urbe (1.) Generaliter & latè, ut omne illud contineat, was zum Thal und Sieden gehöret / & ita non solùm Cacabos & sartagines continet, sed & totum Feudum, sicut accipitur in Concessione Salinarum, ea quæ facta ab ArchiEpiscopo ERNESTO civibus Hallens. Anno 1479. de quâ postea. (2.) Sumitur pro solâ domo seu ædificio, de quo in pr. dictum, Germ. Saltz-Koth Corv. font. Lat. d. vocab. Salinarum 105. numerat Matth. Untzerus in tract. *de Sale c. 13.* Nos 112. hodiè calculare possumus, quoniam ab Anno 1624. novas quasdam ædificatas legimus, quæ distingvuntur in Maximas, Medias & Minimas, Primæ illæ omnes à VOLATILIBUS dictæ, Mediæ à BRUTIS seu BESTIIS, Ultimæ ab INSTRUMENTIS UTENSILIB. ac reb. INANIMATIS nomen accepêre. (3.) Pro Jure Salis coquendi *d. l. 39. §. 1. de hæred. instit. d. Corv. d. l.* & præprimis in nostro

Con-

Contractu, qui ſub manibus, non quidem ſolùm quoad totum, ut n. 1. d. ſed quoad partem, i. e. ut ex eo toto Jure, pars aliqua alteri utenda concedatur ad certum tempus, manente dominio apud Vaſallum ſeu Dominum ipſius rei; Concedit autem etiam ille, qui pignoris loco rem tenet, vel ex pacto retrovenditionis, ut ut non ſit Vaſallus, ſi modò civis, ex quacunque cauſa habili rem habeat. (4.) Dicitur de puteo, in quo Sal foditur *d. l. 13. pr. de publ. & vect.* d. Corv. Germ. eine Saltz-Grube / quorum in Italia & Gallia ſatis ubique reperiuntur. (5.) & ultimò accipitur pro fonte, in quo ſalſa reperitur aqua ſeu muria, Germ. Saltz-Brunnen / *d. A.* Hic quædam dicenda veniunt de ipſis fontibus, quædam de modo conficiendi Salem: Fontes quatuor ſunt. *Quoniam optimè autem de futuris ſeu præſentibus conſulunt, qui exempla & originem ex præteritis ſumunt*, juxta D. Hallicarnaſ. *antiquit. Rom. l. 10. c. 11.* ita non malè me facturum exiſtimo, ſi de origine horum fontium quædam præmittam, dividuntur à Gœden *Conſ. 6.* Ita, *quilibet (dicit) horum in partes triginta duas dividitur, ex quibus qualibet vocatur ſedes*, ein Stuhl / *& harum ſedium qualibet rurſus in quadraginta octo partes diſpeſcitur, quarum qualibet iterum vocatur ſartago*, eine Pfanne / ſed male hic tanquam de re ſibi ignota locutus, quoniam quilibet fontium propriam ſuam recipit diſtinctionem, Sed prius de origine: Originem horum fontium antiquiſſimam eſſe conſtat ex Tacito annal. *l. 13. in fin.* qui prælii cujusdam mentionem facit, quod ob hos fontes commiſſum eſſe maxima pars Hiſtoricorum ſtatuit. Fontium inventores atque ædiles fuere partim veteres illi Suevi, die Schwaben / qui primi omnium populorum dicuntur fuiſſe, qui poſt diluvium in Germaniam effuſi; teſte Brotuff. *Chron. l. 2. c. 5.* add. Cluverii Geograph. *l. 3. c. 3. §. 5.* Münſt. Cosmog. *l. 3. c. 8.* quorum peculiaris pars Hermunduri poſterioribus ſeculis dicti, d. Autores *d. loc.* Tacitus de moribus Germ. *n. 38. & 39. pag. mihi 562.* Hi enim primi venam fontis Teutonici aperuêre ac fabricavêre, vicini autem Catti & Haſſi utilitatem ex fontibus Hermunduris redundantem animadvertentes bellum iis indixêre, eorum autem fines diſtinxit Sala,

d. Cluv.

d. Cluver. *Geograph. l. 3. c. 3. ibid. Tabula.* Hi præter omnem moram prælium commiserunt, magna deniq; ac superba Cattorum exigua manu profligata copia, triumphantes, qui Marti Mercurioque victimas promiserant, atque juraverant, tàm captivos quàm equos, & omnia in victoria reportata exercitûs velitationibus Diis mactarunt; Post delatam victoriam Hermunduri quidem per longi temporis spatium, & quidem ut vult Matth. Untzerus in tract. *de Sale c. 13.* ante & post CHRISTUM natum per sexcentos ferè annos tranquillè possederunt: Ipsa denique Salis utilitas etiam allexit Vandalos, **die Wandalier**/ qui Hermunduros à fontium dejecerunt possessione, d. Brotuf. *d. l.* qui posteà A. C. 806. à Caroli M. exercitu ejecti sunt. Primum a. fontem, qui dicitur **der Teutsche Born**/ nomen seu appellationem à Teutone sortitum vult D. Untzerus *c. 13.* qui Teutan Dux quidam hujus nationis fuisse perhibetur à Munsther. *Cosmog. l. 3. c. 6.* quidam à voce **deuten**/ quia primus sese indicavit ipsum dictum volunt, alii, quia à plurimis Teutonicus hactenus scriptus ab ordine Teutonico; Nostra sententia est, quâ putamus, ipsum à possessoribus suis, quorũ origo Tuiscon seu Teutan, & magis à tota natione Germanica, Tacit. *d. l. n. 2.* Hæc enim, non ipse fons à Tuiscone per injuriam pronunciationis **Teutsche** dicta, hic autem, an fuerit Ascenæ filius, vel an ædificaverit Ascaniam, **Aschersleben**/ seu Asciburgum, ut quidam volunt, juxta Tacitum *hist. l. 4. n. 33. p. 502. de mor. Germ. n. 3.* disquirere non est animus: Hic Tuiscon à Tacit. de mor. Germ. *n. 2.* Tuisco dicitur, cui adscribitur inventio literarum Germanicarum, qui filium habuit Mannum, de quo Germani, licet aliter verba Taciti explicet Cluv. *Geog. l. 3. c. 6.* & per Mannum indicare vult Adamum, atq; per Tuistonem Deum; Sed miror, cur tàm admirandæ hâc in re eruditionis vir tàm absurdam (si non pietatis genio ductus) assumpserit opinionem. Germani autem dicti à Guerra, quod Gallis significat bellum, *2. F. 28. §. 1. & 2.* Bunon. in Cluv. *Geog. l. 3. c. 1. §. 7.* inde Guaranda Carpz. *p. 1. c. 4. d. 1.* & Manno filio Tuistonis, à quo quidam dicti fuerunt Manni. Cæterum Germaniæ recens vocabulum & nuper additum, ut cum Tacito loquar,

quoniam qui primi i.e. ex Mauno nati, Rhenum transgressi, Gallos expulerunt, Germani vocati sunt, quasi die Streitbahre / sive Gallicè Gverra Manni, *hoc nomen à victore ob metum mox à se ipsis invento nomine Germani ita dicti*, vide omninò Tac. de mor. Germ. *n. 2. p. 547*. dissentit Sithm. Nucl. Inst. *Proœm. p. 26*. Inde liquet rectius hunc fontem scribi Tuistonium seu Germanum quàm Teutonicum, licet cum D. Untzero *alleg. l.* fateri cogar, quòd pro certo nihil affirmari hâc de re possit, cùm puræ putæque sint cònjecturæ, tamen lubentius autoritati innitimur, & illud, quod veritati magis consentaneum amplectendum esse ratio suadet.

Profunditatem hujus fontis exæquat Untzerus 35. ulnis dividitur autem in sedecim arbores, Bäume / quælibet arbor sub se comprehendit duas sedes, zwey Stühle / continet itaque 32. sedes & quælibet sedium comprehendit quatuor quadrantes seu Viertel oder Quart, atq; itaque 128. quadrantes, quælibet quadrans duodecim sartagines, ducto Calculo 1536. sartagines, Pfannen.

Muria extrahitur machina tractatoria ex singulis fontibus singulari arte, & confertur à bajulis, von Börn-Knechten in dolium culcare, in das Sohl-Faß; Quilibet enim Cacabus habet suum dolium culcare. Structurâ primi fontis finitâ atque perfectâ, fundamenta posita sunt secundi, qui dicitur Gut Jahr / Ern. Brotuf. *c. l.* qui & olim der wendische Brun / etiam à Possessoribus, hîc à bono anno nomen gestat, invento etenim hoc fonte majores prosperum atque felicem anni progressum exclamati sunt; aliàs juxta communem Hallensium relationem virginem quandam, tàm virtute, quàm genere nobilem, hunc fontem ædificâsse dicitur, cùmq; propter profunditatẽ (profundissimus enim omniũ) majores quàm putâsset impensæ exsolvendæ essent, pertæsa tandem sumptuum certam adhuc pecuniæ summam huic structuræ & labori destinâsse traditur, in sequentia tandem verba simul erumpens, Weñ mit diesen auch nichts ausgerichtet wird / so mag es ein gut Jahr haben. Hinc natum isti fonti nomen volunt, unde etiam hoc dicendi genus apud quasdã in hâc civitate fœminas

adhuc in usu esse liquet. Profunditas hujus fontis sese extendit ad quadraginta septem ulnarum longitudinem; Et longè aliam recipit divisionem ac Tuitonius, dispescitur enim in 6. arbores; arbor habet 3½ sedes, facit 21. sedes, qualibet 4. quadrantes fac. 84. quadrãtes, qualibet quadrãs 12. sartagines fac. 1008.

Tertius Metricius, der Metteritz oder Metritz/ profunditas ejus triginta & novem ulnas continet, dividitur in duas arbores, qualibet arbor continet 10. sedes, una sedes quatuor quadrantes fac. 80. quadrantes, una quadrans duos sextarios Nössel facit 160. sextarios, unus sextarius 8½ sartagines fac. 1360. sartagines.

Quartus seu ultimus dicitur fons biuncus seu biuncinatus (ut ita loquar) der Hacken Born/ qui forsan ab iis uncis, ab utraque parte, ad dextrum alterum, alterum ad sinistrum latus incurvatis, quorum usus in valle salis frequentissimus, dictus: Nobiliss. Judicium; Salin. duos etiam biuncos invicem in modum crucis conjunctos in suis sibi aptavit *insignib.* Dividitur in 8. Sedes, qualibet Sedium 4. Sextarios continet, fac. 32. Sextarios, quilibet Sextarius comprehendit 6½ sartagines facit 208. sartagines.

Venetis & Suevis tandem à Carolo M. feliciter devictis, fontes isti per donationem Caroli, Saxoniæ Duci Witekindo proprii facti sunt.

Quoad Synonymiam vox Salina vix aliam sortiri appellationem in aprico est, progredimur itaque citra ulteriores anfractus à definitione nominali ad realem.

Concessio Salinarum Hallensium triplicem sortitur significationem, (1.) Ipsam investituram factam ab ArchiEpiscopo Civib. Hall. A. 1579. significat. (2) Denotat concessionem eam, quâ feuda post mortem vasalli ad Dominum revertentia, ministris ex singulari gratia per contractum innominatum conceduntur. (3) significatio est in thes. seq.

Thesis I.

Concessio Salinarum est conventio proprio

prio nomine carens, quà hi, qui Jus Salis conficiendi habent, in certis partibus illud aliis utendum, fruendum concedunt, ea lege, ut concessionarius maximam partem redituum Domino præstet. Germ. Daß er ümb die gewöhnlichen Ausläuffte etliche oder eine Pfanne zu versieden habe.

HYPOTHESIS.

Licet Lud. de Molina de Just. & Jur. tract. *2. Diss. 258. n. 9* moneat, eoque collimet Giphanius *ad l. 1. §. 1. d. O. & A.* Omnia de contractibus nominatis & innominatis seu conventionibus proprio nomine carentibus, subtiliter potius quàm utiliter de Jure civ. ab Ethnicis hominibus inventa atque introducta esse, ideoque aboleri debere, verùm quò subtiliores, eò utiliores eos introductos, docet quotidianus usus, adde *Exer. 11. th. 2.* Ludw. licet non negandum subtiliorem eorum explicationem, quam ut Juris tyronibus proponi debeat, & ideò de iis in Institutionibus expressè non tractari, putat idem. *Exerc. 11. thes. 2.* qui cit. Vult. *ad pr. J. d. Obl. n. fin.* Sed omnes Comentatores ad Instituta eos hodiè satis dilucidè explicant, unde aliam hujus omissionis causam adfert Matth. Steph. *ex Instit. Cen. 3. quæst. 21.*

Diximus in thesi, est conventio proprio nomine carens, in quo opponitur contrariè conventionibus proprium nomen habentibus, Cujac. *comm. ad l. 7. d. Pact.* Pac. Tract. *d. contract. c. 5.* Phil. Hænn. *l. 2. Diss. Jurid. 12. l. 6.* Gœden in tractat. d. contrah. stipul. *c. 1. concl. 3. n. 48.* Exinde autem dicitur Conventio proprio nomine destituta, quia natura rerum conditum est, ut plura sint negotia quàm vocabula, *p. l. 4. d. P. V. l. si quis 4. d. Legat. 1.* Aristoteles *l. 2. Eth. c. 7.* Barthol. *l. 1. col. 112. n. 1.* Carpzov. d. inhib. in poss. moment. *c. 3. thes. 26.* rationem reddit Borcholt. quòd negotia sint à natura, vocabula autem ab hominibus, natura verò vincat hominum industriam, ad

Tit.

Tit. 1. pr. d. loc. & cond. Ideò si forsan quædam exstant l. civ. nondum recepta, certisque limitibus, certaque contrahendi forma à legib. non prædita, quibusque rei datio initium obligationis præbet *arg. l. un. §. 2. d. R. P.* Hahn ad Wesenb. *d. R. P. n. 10.* confugiendum puto *arg. l. 3. d. P. V.* non ad conditionem exlege, quæ datur ex obligatione, lege nova Jure civili introducta, quæ est actio, qua aliquid petimus vel repetimus, Vultej. *J. P. R. lit. 2. c. 17.* Sed ad actionem *P. V. seu action. in factum subsidiariam non obst. l. 1. pr. fin. verb. negotium civile gestum. d. Æst. act.* Wesenb. *ad l. un. d. condict. ad Leg.* Treutl. *ibid.* Bachov. *D. 23. th. 1. lit. D.* add. *th. sequent.* Non quòd nomine aliquo omninò careant ita dicti, sed quòd unius nominis negotium non soli habeant, & ad multa negotia unica appellatione pertineant, nulla prodita singulari pro negotio actione *l. 1. d. l. 7. §. 2. d. P. V.* Tholos. *l. 28. c. 1.* non obstat permutatio, quod vocabulum non nomẽ contract⁹, sed conventionis Pac. Anal. *C. d. R. P.* neq; *l. 14. d. P. V.* cum suis quibusdam interpretibus putantibus, eos esse contractus iñominatos, quorum Lex XII. Tab. nullam fecit mentionem *Pac. d. l.* Sed primo intuitu totum titul. d. condict. ex leg hoc negare quis non videt. Contract⁹ autem iñominatos causam tantũ habere, non tn. certam, accuratèq; à J. civ. definitam formam, sed in generali conventionis latitudine relictos dicit Borcholt. *loc. laud.* Wesenb. *Parat. de Pact.* Vultej. Jurisp. *l. 1. c. 30. l. 7. d. Pact.* Causa autem generaliter accepta minus rectè definitur à Treutl. *Vol. 1. Disp. 6. th. 1. lit. D.* omne factum seu datio, quod in aliquẽ ea lege proficiscitur, ut vicissim aliquid det vel faciat. Sed significat omne illud negotium, de quo convenimus seu contrahimus ad dandum aliquid vel faciendum, Bachov. ad Treutl. *d. l. & thes.* Hahn. ad Wesenb. de Sponsal. *n. 1. l. 7. §. 2. d. Pact. l. 3. d. O. & A. pr. J. eod. l. 3. C. eod.* quia solis contractibus iñominatis ea ratione convenit *arg. l. 7. §. 2. de Pact. l. 1. §. 2. d. R. P.* Ad eorum existentiã & actionem J. civ. vim producendi efficacem, præter causam, ut ex una parte præstatio seu rei interventus adsit, requiritur *per l. 1. §. 2. l. 3. C. d. R. P. l. 5. pr. d. P. V.* citra quam non nisi pacti nudi speciem & valorem obtinent *l. 17. C. d. locat. & Cond. l. 2. §. fin. d. R. Cred.* Dividuntur communiter in regulares & irregulares, adde

Fransk. comm. *ff. tit. de aſ. act.* Illos non tàm proximè ad nominatos, neque talia nomina habere; ſed ad multa negotia unica appellatione pertinere. Hos à regulari contractuum innominatorum natura deflectere paulisper, & ad innominatos proximiores accedere, ſimulq; nomē aliquod habere dicit. Tab. *Sect. 4. th. 16.* quod ſequitur Wolff. Adam Lauterbach Diſp. d. Contr. *Innom. th 1. §. 5.* Illos dicunt do ut des, do ut facias, facio ut des, facio ut facias, *l. 5. cum §§. ſeqq. d. P. V.* Hos æſtimatorium & permutationem: de his, quia ſpecialis Titul. tàm in D. quàm C, dicit, quòd quodammodò nominati ſint. Bachov. ad Treutl. *Diſp. ult. Vol. 1. th. 2. lit. A. & B.* Nos cum Dn. Præſ. in Syntagm. *Ex. 25. th. 5.* In duo genera diſtinguimus contractus innominatos, quorum prius tollendæ dubitationis causâ introductum; poſterius peculiares ſpecies continet: his annumeratur à Heig. *quæſt. 14. n. 4.* Regn. Sixtin. d. Regal. *l. 2. n. 7.* Bened. Reinh. *p. 6. diff. 8.* Carpz. *p. 2. c. 53. dif. 3.* Dn. Præſ. *Ex. 25. th. ult.* Conceſſio Salinarum Hallenſium ſub præſtatione uſurarum ſeu fructuum. Quem contractum ut excutiamus, nos movet illud Q. Mutii *in l. 2. §. 13. d. O. J. Turpe eſt patritio & nobili & cauſas oranti Jus in quo verſaretur ignorare.* Deducto atque exhibito quid ſit conventio proprio nomine destituta, facilius an Conceſſio Salinarum talismodi conventio ſit, demonſtrandum erit, nimium autem laborat Dn. Heig. *d. l.* ubi an I. ſit ſocietas, hic contractus exanimat, pro negativa multas adfert rationes: pro Affirmativa pugnant (1) Quòd definita conventio eandem ſapiat naturam, cum ea ſocietatis ſpecie, cujus meminit *l. 1. C. pro Socio. §. 2. d. ſocietat. verb. Nam & ita. l. 5. §. 1. eod.* ubi alter pecuniam, alter operas præſtat, nam in hac alter Jus Salis coquendi, id eſt Jus, quo negotiari poteſt, confert, alter curat Sal conficere, i.e. operas præſtat. (2.) Quod & eadem proportio, quæ Geometrica & in ſocietate locum habet, Menoch. *2. a. quæſt. 125. & ſeq.* Gomez. *2. reſol. 5. n. 5.* Hartm. Piſt. *3. q. 1. n. 19.* Weſenb. *n. pro ſociet. n. 8.* Dn. Carpz. *2. c. 30. def. 18. n. 4.* Dav. Mœv. ad Jus Lubec. *l. 3. t. 9. art. 1. n. 5.* Vinn. *pro Soc. §. 1. n. 1.* Diſſent. Bachov. ad Treutl. *Vol. 1. D. 27. theſ. 8. lit. D.* etiam in hac conventione

locum

locum habere videatur, quia in eâ respectus habetur Personarum conferentium, quod inde liquet, quia concedens, qui magis confert, maximam, qui minus, Concessionarius minimam partem fructuum accipit, & hâc ratione observatur, medium Personæ, sicut appellatur in disciplinis practicis, non ideò sic dictum, quòd simpliciter personam observet, sed quod proportio personarũ sumenda, quatenus magis & minus conferunt personæ, uti monet Dn. D. Joh. à Feld. Elem. c. 3. § 4. (3) Quòd ad nullũ contractum nominatũ propius accedat quàm ad Societatẽ, inter innominatos autẽ non queat referri, quia hi nihil aliud videntur, nisi comutationes, circa comutationes autẽ versare proportionem Arithmeticam, inficias nemo ibit. (4) Neq; illud ab hac sententia recedere suadet, quod sc. post mortem defuncti statim in hac conventione ejusdem repræsentet successor personam Pfañen Ord. A. 1644. th. 2. & 3. quod secus in societate, quæ finitur morte socii l. 70. pro soc. d. §. 5. d. soc. & hoc ita verum, licet defunctus jurato pactus hæredem in societate permansurum p. l. 35. l. 59. l. 65. §. mort. pro soc. Sutholt. Disput. 18. aphor. 60. (Secus J. Can. vide Schneid. ad §. 5. de sociei.) quia benè putare possumus solum emolumentum ad hæredem pervenire, juxta l. 63. §. 1. d. t. ubi Schneid. ad §. 5. d. societ. ibique Harpr. n. 16. Dn. Carpz. p. 1. c. 38. def. 28.

II. Videtur hæc concessio quasi locatio conductio, quia concedens vel Dominus locat Jus conductori, ut mercedem præstet, §. 4. d. locat. cond. verb. materia venditionem, opera locationem l. 2. §. 1. d. loc. & cond. neq; absimilis videtur illa locationis species, ubi Colonus partiarius in certam quantitatem, i. e. dimidiam vel tertiam fructuum partem in agro nascentium domino præstat (den Acker umb die Helffte bestellen) l. 25. §. 6. loc. cond. junct. l. 52. §. 1. pro soc. l. 1. §. 9. depos. ubi etiam quasi locationis vocabulo utitur Ulpianus, vid. Dn. Præs. Exerc. 27. thes. 5.

III. Proximè accedit ad illam Locationis speciem, quam Germanorũ consuetudo confirmavit, quâ conceduntur, oves & vaccæ ferreæ, Carpz. p. 2. c. 37. def. 19. ubi conductor certam & qui-

quidem maximam fructuum quantitatem locatori præstat, semper manente dominio apud locatorem. Sanè nostra in nullis fermè ab hac differre videtur conventiô, nisi quòd illa in reb. corporalibus, hæc in incorporalibus subsistat, Cessionarius enim seu conductor locatori maximam redituum partem semper manente dominio utili præstat, sed sufficiat illo casu consuetudinis confirmatio, quæ ad alios etiam similes casus extendi nequit, *p. l. 39. d. LL.* & porrò facit, quòd in nostro contractu vix ultra latam culpam & levem teneatur conductor *arg. l. 5. § 2. commodat. & Heig.* nec ullum periculum sustinere, qui operas confert putat *n. 38.* in illo autem levis & levissima præstatur culpa, Rauchb. *6. p. 2. quæst. 29. num. 13.* Dn. Tabor tract. *d. J. Soc. ad l. 27. d. Pact.* Carpz. *d. l. n. 2.* Dn. Præs. *Ex. 24. th. 14.* Quanquam autem singulis argumentis singulas responsiones subjungere veritatem propalaret, ea tamen sola, quæ de societate dicta, per contraria eludere volumus, cætera discursui relinquimus; maximoperè autem probat conventionem hanc esse societatem (1) quòd hic non communicentur res, id est, Salinæ ipsæ, sed earum fructus, id videlicet, was über die Außläuffte sein wird. Communicationem autem fructuum non inducere communionem in re principali, multis rationibus probat Heig. *quæst. 14. n. 2.* Et hoc adeò verum, etsi specialiter societatis contractum ineundi convenerint partes *d. Heig. n. 5.* accedit feuda ipsa, non fructus autem Feudorum communicari *arg. 2. f. 52. & 55.* vid. Dn. Præs. *Ex. 22. th. 26.* (2) Facit, quòd sine animo contrahendi non ineatur societas *p. l. 31. l. 44. d. l.* sed in hujus conventionis instrumento ne verbulum de ineunda societate reperiri, sed sæpissimè in O. Salin. inhiberi vero verius sit. (3) Suadet quòd non solvatur morte socii per evidentissima verba der Pfannen Ord. 1644. *th. 2. p. 3.* So ein Sohn nach Absterben des Vaters in seine Fußtapffen tritt rc. Würden aber der Söhne mehr sein/ sol ihnen frey stehen/ ob sie ingesamt rc. Inde non obst. *arg. 4.* in contrarium adduct. verba finalia, & quoniam verba *d. O. P.* sc. in die Fußtapffen tritt / non innuunt, ut heres inchoata explicet, vid. *l. 40 pro soc.* sed ut in-

omne

omne defuncti jus ſuccedat. *l. 9 §. 1. de edend. l. 62. d. R. J.* ſe-cus autem ſe habere ſocietatis contractum probat *§. 5. J. de Societat. l. 6. § 9. l. 4. l. 63 §. ult. l. 65. §. 9. pro ſoc.* Solent ut plurimum omnes inſcribi tabellis, licet minor natu utplurimùm exerceat illud jus, & ſinguli fratres invicem de fructibus participent. Ord. Polit. *An. 1652. cap.* von Vormundſchafften. tit. von ausſtehenden Schulden. (4.) Renunciatio non habet hic locum ante impletum in conceſſione deſtinatum tempus, niſi forſan ob dolum, ſecus in ſocietate; de pacto hâc conditione illicitè adjecto docet *l. 14. l. 70. pro ſoc.* Dn. Præſ. *Ex. 6. th. 25.* (5.) ultimum & validiſſimum argumentum eſt inveterata conſuetudo, de qua B. Reinhard. *p. 6. diff. 8.* Carpz. *p. 2. c. 3. d. 2. num. 6* quæ hunc contractum voluit innominatum efficere, licet minimis & ſingulis contractuum innominatorum legibus haud congruat, ob certas autem rationes à Juris communis regulis recedere permittunt Dd. & ubi occurrit aliquis caſus, vel contractus novus, debet decidi à ſimilitudine illius legis, quæ eſt ipſi ſimilis *p. l. 1. 6. 0. depoſiti. l. 1. d. aſt. aſt.* Bald. *in rubr. C. de ſociet.* Steph. d. Pheder *d. interpr. L. L. p. ult. p. 248.* Heig. *d. quæſt. 14. num. 6.* qui dictam conventionem tali applicat caſui, qui proponitur in *l. 24. d. P. V.* quem ita format: Titius Sempronio triginta dedit, ut ex ejus uſuris ſemiſſib. tributum ſolvatur, quod ſemiſſes uſuras excedit, quod fœnori dedit, retineat, dominio pecuniæ in fœnerantem non translato: Dilucidius clariusq; applicare poſſumus, conventionem noſtram caſui legis hoc modo: *Titius Sempronio triginta (malè millia juxta Godofr. in h. l.) dedit*, applicat. *Mævius Cajo* conceſſit ſartaginem, *poſtig. ſunt, ut ex reditu*, h. e. ex uſuris & obventionibus, *l. 5. §. 9. de reb. cor. qui l. penult. de uſu & uſufr. legat. l. 20. l. 87. §. ult. de adim. Leg.* applicat: von den Auslåufften: *ejus pecuniæ*, applicat: ſo die Pfanne tråget; *debitum quod Titius pendere deberet*, Fiſco ſcil. uti explicat Godofr. d. l. applicat: quod Mæv. ArchiEpiſcopo vel Judicio Salinatorio deberet: *Sempronius præſtaret*, applicat: Cajus qui negotiatur cum ſartagine præſtaret: *computatis uſuris ſemiſſibus*, i. e. juſtis & licitis, ſeu ſex pro cento computatis uſuris; Dn. Præſ.

Exerc. 27. thes. 49. cum eo, quod plus vel minus præstitum sin minus, superfluum Titio detur, sin plus Titius Sempronio restituat; Ex hac conventione ad consequendum illud, quod Sempronius præstitis tributis retinuit, qualis actio Titio detur, quæritur? Resp. Actio P. Verb. ita & in nostro contractu ad consequendum illud, quod Cajus Fisco seu Domino, soluto tributo, retinuerit, dari potest. A. P. verb. ad consequendos sc. restantes fructus die Ausläuffte. Quanquàm autem nostra conventio in plerimis magnam cum casu hujus legis affinitatem atq; similitudinem præ se ferat, quædam tamen adhuc superesse videntur diversitates, quarum ea, quod in L. accipiens, gratis negotietur neque quicquam negotianti relinquatur, in nostra verò conventione, usuræ, respectu rei & operæ ab utrisq; collatæ sint divisæ, detrahatque concedens fructus, die Ausläuffte / cessionarius den Siede profit, attamen quia datur actio P. V. in *d. l.* non est accipiens gratis negotiatus, *arg. l. 17. §. 3. d. P. V. l. 5. §. 4. eod. §. 1. locat. cond.* & contractus innominati ita ineuntur, ut accipiens rursus aliquid det vel faciat *arg. l. 7. §. 2. d. Pact.* quod in prioribus, ubi de definitione causæ egimus, demonstravimus. non obst. *l. 2. §. 2. l. 19. in fin. de Precar.* ubi ex contractu nominato (cujus natura in eo consistit, ut rem gratuitò dans concedat) datur A. P. Verb. Sed benè n. Dd. iis casibus eam solere ex æquo & bono, *d. l. 2. §. 2.* & deficiente scil. alia ad condicendum actione applicari, Bachov. ad Treutl. *vol. 1. D. 20. thes. 1. lit. B. in fin. D. 24. thes. 5. lit. C. p. 924.* ubi monet, quosdam precarium in purum *l. 1. & 12. d. prec.* & mixtum, ex quo detur actio civilis, cùm interveniat aliquod lucellulum, *arg. l. 11. & 12. d. t.* distinguere. vid. Tabor in parat. Elem. *p. 3. thes. 22.* Hahn. ad Wesenbec. *tit. de precar. num. 2. in fin. & n. 6. in fin.* Et benè putare possumus, etiam honorarium accepisse negotiantem, *in l. 24. d. P. V.* ut ut in lege non sit expressum, si enim gratis negotiat⁹ esset, mandati haberet adversus accipientem seu negotiorum actionem, non enim verba, sed mens legis inspicienda, *l. 17. d. LL.* in quam etiam sententiam descendere videtur Godofr. *ad d. l.* Et denique dicere possumus in contractu nihil accipere ratione mercedis cessionarium, sed ipsum

solum;

ſolummodò lucrari illud, quod ſolutis debitis fructibus atque tributis reſtare videtur. Hoc itaque conceſſo, iterum luce meridianâ clarius conventionem noſtram non ſolùm ex ſolâ conſuetudine, ſed etiam ex textibus aliquo modo Juris defendi poſſe contractum innominatum, quia à ſimilitudine legis benè argumentari licet. Steph. Phed. d. l. Accedit & hoc, quod Heig. *d. l.* cum Sichard. *in l. 5. C. d. Pact. n. 14.* Coſtal. *in d. l. 24.* & Cujac. *ibid.* putent tunc eſſe contractum innominatum, ſi quantitas vel res alicui datur, ut ex ea is negotietur ad lucrum dantis, ut periculum ſit creditoris, non translato dominio.

THESIS II.

Cauſa efficiens remota non J. G. ſed Civile, eſt.

HYPOTHES.

Dixi non eſt J. G. licet in ſimili conventionis caſu ita putet Heig. *d. l. n. 42. ubi 18. Decemb. A. 1594. Witteberga* ita reſponſum adfert, quem caſum etiam pari modo ex *l. 24.* format, ubi partem aliquam ArchiEpiſcopus Salinarum menſalium, hac lege civibus Hallenſibus concedit, ut aliquam ſaltem. penſionem ex iisdem ipſi pendant, reliqua ſibi habeant, qua ita ſe adſtrinxit ArchiEp. Erneſtus Anno 1479. conſtitutione, ut ſinguli ſucceſſores juratò promittant, ſe nemini, niſi civibus Hallenſibus talismodi Salinas concedere velle. Gœden. *c. 6, pr.* quod quidem tanto Collegio & viro concederem *p. l. 5. d. J. & J.* ubi conductiones venditiones J. G. introductæ, adde Dn. Præſ. *Ex. 1. th. 56.* niſi D. Heig. *c. l.* hunc contractum etiam ex d. l. innominatum probare velit, id quod ex verbis *Sicut prudentes &c.* patet. *n. 40.* Dixi: Sed J. Civ. ut ut haud dubitemus, omne Jus, omnesque contractus collectos eſſe ex naturalibus præceptis Gentium atque civilibus *l. 1. §. 1. d. J. & J. §. ult. J. eod.* Inde actio etiam P. V. quæ datur ex contractibus innominatis in *l. 1. §. 1. l. 5. §. 2. l. 6. l. 15. ff. de P. V. l. 6. C. d. R. P.* & paſſim dicitur Civilis, ex contractu autem Jure Gentium innominato dari actionem civilem vix concedere potero, origo enim eſt

Jus Gentium contractuum tàm nominatorum quàm innominatorum *l. 5. d. J & J.* Sed non est causa efficiens, ut ideò dicantur innominati, *per l 2.3 4. d P.V.* add. Bachov. ad Treutl. *Diss. 23. thes 2. lit. D.* Fateor quidem non male putâsse Reinhadr. *diff 8. p. 6* cui calculum addit Carpz. *p. 2. c. 33. d. 2.* qui hunc contractum, qui in minimis & singulis cum legibus civilibus non semper convenit ob rationem, *l. 12. d. LL. l. 1. & 2. quod falso tutore, l. 29. §. 3. d. liber. & posth. l. 11. d. P.V.* posteà per consuetudinem contractum innominatum confirmatum esse.

THES. III.

Causa efficiens propinqua non est solus consensus, sed cum rei interventione conjuncta.

HYPOTHES.

Contractum hunc solo consensu non perfici facilè patescit ex eo, quando ipsum innominatum diximus, omnes autem contractus innominatos esse Reales, soloq; consensu non perfici, vid. Fransk. *in comm. ad tit. d. P. V. num. 4. & seqq. l. 1. §. 2. verb. re tradita initium obligationi praebet. d. R. P.* & sic ad illorum perfectionem tanquàm causa efficiens requiritur ex una parte, *l. 1. §. 4. d. R. P.* actualis rei seu facti praestatio *l. 3. C. d. R. P. l. 5. §. 1. cum seqq. d. P. V. l. 7. §. 2. d. pact. Tab. sect. 4. th. 15.* Gudel. *d. jur. noviss. l. 3. c. 4.* Nec hodierno jure contractus innominatos, sine rei rei interventu perfici, nec ullibi hoc mutatum esse dicit Hahn ad Wesenbec. *tit. tit. d. P.V. num. 1. in fin.* vid. Carpzov. *p 2. c. 33 def. 23. & 24.* Intervenit autem res vel factum, vel verè vel fictè, per Hottom. *quaest. ill. 12* Hunn. *Diss. Jurid. 6. th. 6.* Borcholt. Mynsing. Schneidew. *ad § pertinent. num. 40. d. R. D.* Vultej. *J. R l. 1. c. 70.* Lindem. *Diss 2. §. 45.* Dn. Praes. *Exerc. 41. th. 55.* Sithm. Nucl. *Instit. ad tit. d. R. D.* Illam latius exponere, nostri instituti non est, haec autem, dum de rebus etiam incorporalibus loqui animadvertimus, in specie concessio dici solet, specialissimè dicitur cessio, vid. *d. l. Ulp. 19. l. 66. d. jur. dotium. l. ult. d. donat.* quae in rebus incorporalibus idem est quod traditio in rebus corporalibus *l. 3 profe.*

l. 49. §. ult. de acquir. vel amittend. poss. l. 7. C. si quis alt. vel sib. l. 6. C. d. O. & A. non autem cessio adeò modus transferendi dominii rei incorporalis, ut excludat concessionem, licet ita putet Pinell. *in l. 1. p. 3. C. de bon. mat. num. 39.* Bachov. ad Treutl. *Diss. 16. thes. 10. lit. A. & B.* quia confusim & in LL. accipiantur *per l. 14. d. S. P. R.* licet in nostro contractu etiam pro modo transferendi dominii haud accipiatur, fitque concessio symbolicè per traditionem instrumenti *l. 1. C. de donat.* de qua Strauch. *in Diss. 6. aph. 18. 19. 39. 40.* quæ idem operatur quod vera traditio & apprehensio rei Carpz. *p. 2. c. 33. d. 15. num. 7.* Geil. *2. obs. 27. num. 7.* Ex his dicendum de nostro jure Salinario, illud tanquàm res quadam incorporalis veram traditionem non recipere *p. §. 2. d. R. Corp.* Sithm. *l. 1. §. 1. d. R. D.* ideòque rectè per instrumentum **versage Zettel** concedi, ubi notandum, quod si quis Salinatorum plures (in schedula vulgò **Besatz Zettel**/ in qua assignatæ singulæ sartagines, quibus per annum sequentem DEO juvante uti fruique desiderat, & exhibetur, certo die, ab omnibus simul in Curia, **auf der Besatzung** coram Legatis Principis, Senatu, Salisgravio, Fontiumque Magistris) plures dixi sartagines, German. **Güther oder Pfannen**/ de quibus ipse vel specialiter non investitus, **Als er nicht uff seiner Schrifft hat**/ vel eas jure constituti, vel ex pacto retrovenditionis, quod maximè in usu est inter Salinatores, vel alio quocunque justo titulo ab aliis concessas)non habet, in ea schedula conscripserit, quam per investituram vel instrumenta Concessionis **oder Versagungs Zettel** demonstrare potest, si dolo hoc fecerit, e.g. **So er Lufft-Pfannen gemacht**/ incurrat in confiscationem bonorum feudalium vel sequestrationem consideratis circumstantiis, sin levi vel levissimâ culpâ vitiosa in ea scripserit, pro qualibet vitiosa vocula certam luat pœnam.

THES. IV.

Personarum contrahentium aliud est subjectum Activum, aliud Passivum, illud dicimus

eos, qui Jus Salinarum habent, quod in Jure Salis conficiendi consistit maxume, & illud utendum, fruendum alteri concedunt, Welche einem andern Pfänner ihre Pfannen oder Güther in Versied, und Versagung geben.

HYPOTHES.

Dividuntur Salinatores in perfectos, & minus perfectos, Germ. Pfänner und Spänner oder Beyspänner/ illi dicuntur qui totum Salinum in Cacobo sartaginibus & aliis pertinentiis investituraque consistens, welche ein gantz Pfannwerck haben / hi qui dimidiam partem Cacabi & paucas vel ad Salinum insufficientes sartagines habent, welche nicht gnug Güter haben. Spänner autem appellatos esse à Germanorum voce zusammen spannen / quod quis ad exercendum jus Salis coquendi, semper quod alteri deest, alter addat, citraq; has mutuas operas nihil quicquam salis confici curare possint, & ita ex duorum bonis una aliqua constituatur communio, qua occasione non imerito quæritur, cujus contractus naturam minus Salinatorum bonorum communicatio sapiat? & dicendum verius est, ejusmodi negotium à naturâ societatis nihil penè deflectere, atque ideò proportione Geometrica, quæ respicit collationem rei quam persona confert, lucrum & damnum inter eos dividi debere, & quemlibet obligari in solidum, obligareque illius debiti, quod ratione communitatis contractum est. Carpz. *p. 2. c. 17. d. 12.* id quod expressis putavit *A. 1603.* Senatus ad Capitulum his verbis: Es müste aber in solchem Spannwerck einer vor den andern hafften/ damit wenn sich Schulden-Last solte finden/ solche einem so viel als den andern treffe/ dessen sich niemand zu beschweren/ denn er sich selber zuzumessen/ warumb er sich nicht besser Spann versehen. Neque obstat, quod nomen societatis inter eos alienum, & dicantur Spänner / *l. 44.* atq; ideo solum in ducere communionem *l. 31. pro soc.* sed respondemus hoc ex

certe

certa forsan ratione factum, quod bona communicantes non dicantur socii Gesellschaffter oder Mascopeger sed Spänner/ & prima equidem ea quia societas utplurimum initur quæstus causa primario *l. 7. pro soc. l. 8. eod.* & quæstus sine mercatura vix acquiri potest. illiberales autem & solidos esse quæstus mercenariorum confirmat. Cic. *1 off.* Liv. *l. 12.* Valre. Max. *l. 3. c. 4.* Sveton. *c. 16.* indignaque nobilioribus & honorum luce conspicuis & patrimonio ditionibus, omnisque negotiatio vero minimi lucri causa & suspecta videri debet, Myns. *6. obs. 54.* Tiraquell. *de nobil c. 33.* Hænn. *D. Pol. 2. th. 45.* Cellar. *Pol. c. 18. p. 300.* atque non solum quæstum sed & actum ipsum sordidum dicit Myns. *d. loc.* & sic nobilem sine macula nobilitatis per alium negotiari posse: Salinatores verò inter nobiles, luce conspicuos, patrimonioq; ditiores connumerari nemo negabit, dũ etiam dicuntur Saltz Junckern/ quã vocem Juncker inducere nobilitatem affirmant Wehnerus *p. 301.* Besold. voc. Junckher. *p. 444.* Heig. *p. quæst. 2. n. 32.* Zeil. Sendschreib. *Ep. 348.* ut ut lubentius concederẽ impropriè tantùm nobiles dici posse, quia illi de operis præstandis utplurimùm investiri solent, Heig. *q. 1. quæst. 2. num. 76.* Schneidw. de feud. *p. 5. quæst. 19.* hi de præstandâ pecuniâ Heig. *p. 1. quæst. 14. n. 33.* & ab tàm nobili negotio, de quo investiti, dicuntur nobiles: his dictis accedit Pfañer Ordn. A. 1664. th. 2. Es sol kein Pfañer ein Handtwerck oder andre geringe Nahrung treiben/ atq; hæc videtur esse aliqua ratio, quare lubentius dici voluerint nomine Spænner/ quàm socii oder Gesellschaffter/ licet palàm profiteri cogar, in nullis fermè hanc communionem à societatum terminis recedere, ideòque haud absurdè obrationem identitatis à societatis legibus ad hanc conventionem argumentari posse. In eo tamen iterum differre videantur, quòd societas, quæ de mercatura initur, utplurimùm (ne dicam semper) respiciat quæstum primariò, secundariò utilitatem publicam, sed dicta communio primariò utilitatem, ut conserventur scilicet circumjacentes civitates, & necessitatem, quia aliter illi, qui paucas habent sartagines, suum jus exercere non valent, nisi per communionem, neque Domino illam

pecu-

pecuniam, cujus causa investiti præstare queant, secundariò verò fructus: Communio enim non inducit sordidum quid natu nobiliori indecens, sed communio mercaturæ quæstus causa inita *l. un. C. d. nund. l. 12. §. 43. d. instr. & inst. leg.* vid. Tiraquell *d. l.* indeque mulier, quæ mercemoniis publicè præfuit, dicitur humilis & abjecta *l. 7. C. de inc. nupt. l. 1. de nat. lib.* Non obst. authent. *sed h. t.* Neq; soli Salinatores Hallenses talismodi sese astringunt statuto, sed & Luneburgenses, *ubi verus defuncti hæres non prius in possessionem Salinarum constituitur, quàm pro consuetudine civitatis, Cupam ut vocant, per omnes vicos tanquàm in triumpho non sine vitæ discrimine portaverit, quod refert ex allegor. orat. D. Calen.* Matth. Steph. *d. Jurisd. p. 3. c. 5. n. 5.* ubi d. *h. quod quid aliud, quàm ut hoc exemplo cæteros coæmeos & corrivales à studio mercatorio retrahant, & ne consimilem quæstum &c.* porrò à societatis naturalibus, imò & substantialibus hanc communionem nihil deflectere patescit ex Ord. Salin. d. Anno 164 . ubi communicantes bona habentur ratione solvendæ pecuniæ pro una persona. Sicut autem hodiè ubique ferè receptum, ut si civis assumatur, pro assumtione certa solvatur pecunia, Köppen. *1. Decis. 11. num. 4.* Mæv. ad Jus Lubecens. *1. l. 12. rub. 12.* ita quisque etiam habilis, qui primò in ordinem seu universitatem Salinatorum recipi desiderat, quinquaginta Joachimicis receptionem redimere tenetur, sin verò duo simul unum aliquod corpus constituant, quisque pro rata 25. Joachimicos solvit. Excipiuntur filii, qui quinque defuncto patre, vivente decem Joachimicis fiscum locupletantur, semper respectu habito repræsentationis Juris, ut si pater fuerit minus perfectus, & filius desideret perfectius fieri Salinator, rectè tantam, quantam verè peregrinus, solvat summam; quia in id, quod pater non habuit, non potest succedere, *arg. l. 62. d. R. J. l. 31. de hær. inst. l. 13. §. 5. quod vi. l. 1. §. 11. si is qui test. l. 54. d. R. J.* In subitu autem successorum, an unus solùm, vel omnes simul masculi successores de defuncti bonis investiri velint, O. Salinat. *Ann. 1644. tit. 3.* Sed olim controversia incidit inter Senatum & Ottonem Wogav, qui duos adhuc habuit fratres, qui simul de una sede cujusdam fontis investiti fuere, dictus Otto

Otto plures sibi emit in eodem fonte sartagines cui emptioni Senatus objecit die Willkühr / cap. Wie viel Pfannen ein ieglicher kauffen mag / ubi: Auch wollen wir / daß niemand von Bürgern mehr Pfannen haben sol in einen ieglichen Born als einen Stuhl. Ottonem autem habere unam sedem ideoque plures sartagines emere non posse, ratio fuit (1.) quia potest hanc arborem vindicare quoad totum Dd. *in verbo vindicare de invest. in re alien 2. F 8. vid.* Gœd. *c. 6. num 1.* (2.) quia simul, non pro parte quilibet investitus, *n. 2.* (3.) quia repræsentent simul patris & ita unam personam *n. 3.* (4.) arg. *l. 72. de V. O.* (5.) quia non statutorum verba sed mens inspicienda *n. 4.* Verum has rationes ordine rejicit D. Hennig. Gœden *c. 6. n. 12* & decidit utut Otto ratione Communionis dominus dicatur tamen hoc non verè sed fictè accidere, verè dominus duntaxat est, quantum ad dispositionem partis suæ, atque ita divisione intellectuali hoc fieri ut partem quilibet suam possideat *n. 7. & 12.* quoniam plures in solidum domini esse non possunt, sed quilibet partis suæ dominus intellectualiter est *n. 13.* atque ita intellectualiter pars una ab altera distincta videatur, ideoque Ottonem tot emere adhuc posse sartagines, quot una sedes recipit, computatâ eâ parte, quâ divisione intellectuali in communione utitur.

Thesis V.

Subjectum passivum dicimus illos, qui Jus Salinarum utendum fruendum suscipiunt, eâ lege, ut cum eo negotientur & postea debitos domino præstent fructus; welche die Pfannen in Versiedung nehmen / und die Außkuffte davon geben.

HYPOTHES.

Jus Salinarum utendum fruendum suscipiunt personæ habiles quod vocabulum J. C. varie accipitur, de quo *l. 6. de castrens. pecul. l. 9. de curat. furios.* Habilis vero ad suscipiendum jus f. sartagines, inter alia nulla infamiæ macula laborare

debet. *vid. Ord. Salinat. th. 2* Eines unbescholtenen Wandels, (2.) zu Pfannwergs Nahrung habilis. (3.) mit 3. Pfannen Deutsch oder so viel den Werth nach in andern Brunnen. (4.) Soll er für 3000. Thl. Guth im Thale haben. *add. hypothes. penult.* (5.) Debet conjugatus esse, & familiam in Civitate alere: vid. der Stadt Willkühr/ *Cap.* Von Pfannwercken/ubi: Auch sol hinfort niemand Pfannwercken/ er sey denn ein Bürger zu Hall/ bechliget oder im Ehestande gewesen (unde haut suscipitur impubes) impubes autem hic non ut in successionibus feudalibus habetur ille qui nondum implevit annum 13. cum 6. hebdomadis Lehnrecht c. 26. Weichb. *art. 29. & 49.* Sed secundum Jus civil. & Saxon communiter receptum qui nondum implevit annum 14. Carpzov. *p. 2. c. 11. def. 9.*) beerbet oder beeignet/ nisi mortuo patre vel avo repræsentet personam ejus filius vel nepos, per sequentia, oder hätte nach seines Vaters Tode eigen Haus / Küche und Rauch. *d. Ord. Salinat. thes. 3.* Excipiuntur illi Salinarii, welche der Fürstl. Gnaden/auch der Kirchen und gemein Guth und Pfan versieden/und Ihr Durchl. Diener. Willkühr. *Cap.* von der Lehntafel *in fin.* Pf. Ordn. *th. 2.* à quibus verbis ultimis rectè exemptus esse debet Studiosus vel miles vel qui fixam alio loco non habet sedem, quod quondam Anno forsan 1554. à quibusdam maximè fuit negatum ob generalia textus verba, ubi autem textus non distingvit nec nos distingvere debemus *l. 15. §. 6. de testam. mil. arg. l. 1. §. generaliter ff. de legat. præst. Baldus ad l. 2. §. fin. ut quis eum qui in jus voc.* facit. (2.) quod statuta sint stricti juris & in ea non veniat nisi quod verbis expressum Bald. *in l. si severi 2. C. ex quibus causis infam. irrog. & in l. cum antiq. & invest. C. de inst. nupt.* ubi statutum non determinat nec ego determino inquit, sed his non obstantibus affirmare voluit contrariam D. Chilian Goldstein in Consilio quod dedit hac de re, quod non verba sed mens statutorum inspicienda, & illa opinione concessa maxima eveniret iniquitas æquitas autem semper inspicienda *l. 9. de servit. l. 5. C. de LL. l. 13. §. 2 ff. de excus. tut.* Et tandem cum limitatione decidit, etiam de pupillis, qui domum & familiam sustentare non va-

[illegible] lent.

lent, quod si sint magnæ facultatis debeant sibi comparare domum, quod si non, hoc ipsis remittendum, quia statutum loqui videtur magis de peregrinis, quam de absentia probabili ad tempus, vel de pupillo qui patri succedit, quod innuunt verba der Willkühr von der Lehntafel / ubi: Daß der Rath niemand in die Lehntafel soll einschreiben lassen / er sey denn ein besessener Bürger / &c. hæc de iis, qui Jus Salis conficiendi suscipere possunt dicta sunto: sequitur nunc, an unus invito altero ab hoc contractu resilire possit antequam ex datione alterius contractus iste adimpleatur? ad quam decidendum rectè distingvimus inter dantem & accipientem, ex parte dantis omnino ipsi integrum est, utrum agere ad implendum contractum actione *P. V. l. natural. 5. §. 1. de P. V.* an ob alterius cessationem an alias pœnitentia ductus malit datum repetere per *Condictionem c. d. c. n. f. per l. 3. §. 2. l. 5. l. 51. de condictione caus. dat. c. n. secut; non obstat. l. 14. C. rescind. vendit.* qua non solum res corporales. *l. 1. 2. 3. 5. & 6. h. t.* sed etiam incorporales *l. 4. §. 4. C. de condict. c. d. c. n. f. l. 86. de condit. & demonstr.* condicentur, *non obst. l. 10. de condict. c. d. c. n. f. l. 9. de P. V.* cujus rei ratio forsitan ea, quia non nisi rei datione alterum sibi ad dandum vel faciendum obligavit, nec ipse nondum quicquam accepit, unde vel ut faciat aut det, P. cum eo V. agere, vel condictione suum repetere potest *l. 5. §. 3. de condict. c. d. c. n. f.* Donell. *tit. de P. V. c. 2.* Strauch. *Diss. 16. aphor. 7.* Hahn. ad Wesenb. *tit. de P. V. n. 2. p. 1082.* Secus se res habet ex parte accipientis, qui pœnitere neutiquam potest, quia accipiendo sese danti obligavit Schneid. *ad Inst. tit. de obl. p. 831.* Tabor. *de Jure Soc. c. 4. n. 6.* Dn. Præs. *Exerc. 25. th. 14.* Dissent. Bicc. *p. l. 5. § 3. vers. plane de condict. c. d. c. num. f.* dicta procedunt in iis contractibus ubi ipsis causam dedit rei datio. *l. 1. de R. P.* Excip. illi contractus innominati, qui finiendarum litium causa initi, in quibus sine stipulatione etiam pœnitentiæ non est locus ne lites semel decisæ instaurentur *l. 65. §. 1. de condict. indeb. l. 6. l. 39. C. de transact.* Vinn. *de pact. c. 8. n. 22.* Dn. Præses *Exerc. 25. th. 14.* Stipulatio autem in specie contractibus innominatis adjecta operatur quod pœnitere non liceat Barbos. *ad l. 4. C.*

de R. V. n. 3. Carpzov. *p. 2. d. 23. n. 8.* Dn. Præſ. *Exerc. 47. thef. 4.* à qua noſtrum contractum etiam confirmari putamus, utpote qui tam verbis quam literis, quæ ad confirmandas magis obligationes adhibentur *l. 3. §. 1. de act. empt. l. 4. §. ult. de uſur. l. 7. §. 12. de Pact. l. 99. de V. O. l. 6. §. 1. de re jud.* Vult. *J. R. d. l. num. 2.* Bachov. ad Treutl. *D. 22. thef. 2. lit. B.* Dn. Præſ. *Exerc. 47. th. 4.* confirmatur. Id quod probant congruè verba concepta, *concedo tibi Sarmgines, ut præſtes mihi maximam partem redituum,* quæ verba inſeri etiam ſolent literarum obligationi, ſ. ſyngraphæ, quæ inter paciſcentes in rei fidem conſcribitur. Voltej. *J. R. c. 40. n. 1.* Hahn. ad Weſenb. *de fid. Inſtrum. n. 1. verb. definiti.* Dn. Præſes. *Exerc. 28. thef. 23.* apud nos dicitur der Verſagungs-Zettel / pateſcit ex dictis contractum noſtrum pœnitentiæ non ſubjacere, quò facit, quod in ipſo conventionis modo tacitè renuncient pœnitentiæ, cui renunciari poſſe patet inde, quia citra pœnitentiam contractus conſiſtere poteſt, ideoque refertur ad naturalia innominatorum, quæ conſenſu partium mutari poſſunt adde Dn. Præſ. *Exerc. 16. th. 24.* renunciant partes pœnitentiæ in hoc contractu, dum conveniunt, *do tibi ſarmginem ut poſt negotiationem, mihi des fructus,* & ita ex modo conventionis locum habere nequit, atque ob conventionis idenditatem illius contractus ubi ArchiEpiſcopus ex ſingulari gratia bona vel menſalia vel deficientibus hæredibus legitimis ad eum redeuntia civibus Hallenſibus concedit eâ lege ut reditus ipſi præſtent, umb die Auslaufſte / Heig. *quæſt. 14. n. 35. 36. 37.* Qui n. 42. Cenſeo igitur Contractum J. G. innominatum à conſvetudine & ab ArchiEpiſcopo Erneſto conditis ſtatutis Salinariis talem formem & nomen accepiſſe ut pleniſſimum robur exemplo aliorum Contractuum nominatorum habere cœperit, neque dubitari debeat talem contractum & ab initio firmitatem ſuam habere & poſtea reconventioni & pœnitentiæ non ſubjacere & ita deciſum, Ann. 1594. 18. Decembr. vid. Klock. *de ærar. l. 2. c. 9. n. 6. p. 240.* Carpzov. *p. 3. c. 51. def. 4.* Et ita ab eandem conventionem idem Jus ſtatuimus *l. ult. C. de Conſt. pec.* Negotiantur etiam illi periculo ArchiEpiſcopi, unde ſi lignorum incidat caritas Epiſcopo decedit, his addidit ſtatutum

tutum

tutum Ernestus ArchiEp. Anno 1479. quo singuli successores in Capitulatione Episcopali jurant, se Salinas hasce nemini nisi civibus Hallensibus concessuras Heig. *d. l. n. 51.* Sixtin. de Regal. *l. 2. c. 19.* Besold. *thes. pract. voc.* Saltzpfannen/ ubi Salinas excellentiores esse in urbe Burgundiæ, quarum reditus quotannis 300000. libras excedat, & his vix cedere Salinas Hallenses Saxonicas. Spreng *Fragm. J.P. c. 10.* Harum autem Salinarum dominium manet ArchiEpiscopo ut quæ tanquam bona mensalia omnem respuunt alienationem nec dominio alterius possint subjici, usus earum saltem conceditur Cluten. *Syllog. rer. quotid. th. 24. lit. T. f. 52.* & ipsi non possident sed in possessione sunt, quia alieno nomine possident. *l. 1. §. 1. de acquir. poss. l. 2. C. de præscript. 30. vel 40 annor.* Heig. *quæst. 14. n. 41.* eademque ratione dans in nostro contractu manet sartaginis Dominus utilis, accipiens autem ad tempus in possessione & ita periculum dantis etiam esse debet, de qua in forma acturi sumus.

THESIS VI.

Materia s. objectum circa quod versatur contractus sunt Salinæ vel sartagines, quæ conceduntur.

HYPOTHES.

Hoc Jus Salis coquendi & conficiendi antiquitus privatorum fuit proprium & maximè eorum arbitrio permissum, quorum in fundis & finibus illæ Salinæ reperiebantur, & ad quos fundus jure proprietatis pertinebat, *l. 4. §. 7. d. censib. l. magis puto. 5. §. 5. d. reb. eor. qui sub tutel. l. 32. de usu & usuc. legat.* etiamsi fructuarius illos invenerit, *l. 3. cum seq. de reb. eor. qui sub tut.* Zobel *p. 2. Diss. 43. num. 15.* Gœden. Conf. *1. fol 13.* & ejusdem censentur juris, cujus auri & argenti fodinæ *l. 11. p. ff. quod cujusq. univers.* add. Schneidvv. d. Feud. *p. 2. num. 108.* & communiter in fructu prædiorum habebantur *l. fruct. 7. §. sed etsi 14. Solut. matrim. l. 9. §. sed si 2 de usufruct.* Privati autem juris eas fuisse præter decimam fisco debitam putat Knichen in Elect. & Ducat. priv. *c. 5. titul.* von Berg/ und Saltz/ Werck.

Schneidew. d. feud. *arg. l. Cuncti 3. d. metallar. & metall. XI. p. 1. num. 106.* quæ non fuit propriè decima, sed interesse aliquod pro læsione fundi, Henning Gœden. *Cons. 1. num. 10.* Heig. d. quæst. *num. 17.* Posteàquam verò ex virtute, præstantiâ & necessitate Salis magis magisque repertum, quanti reditus, quantaque vectigalia in commune Reipubl. bonum redundare possit, factum inde tractu temporis, ut libertas ista, privatis prorsus adempta, Salinæq; fisco Principis addictæ fuerint; id quod est, quod inter Regalia Salinarum vectigal numeratum repetiatur, *cap. un. quæ sint regal.* Klock. de ærar. *l. 2. c. 9. n. 17. & seq.* postea non contenti vectigalibus Salariæ annonæ impositis, municipibus jus esse vendendi salis voluerunt & municipium hujusmodi & publicanorum societates & collegia approbata sunt, *l. si quis 11. C. de vectig. & commiss. l. 1. in pr. quod cujusq; univers. l. liber homo 59. §. 1. de hered. Inst. l. 12. l. 13. d. publ. & vectig. l. 17. § 1. d. V. S.* Hodiè in Aurea Bulla Caroli 4. tit. **von Gold Silber und andern Ertz-Wegen.** fodinæ Salis, auri &c. Electoribus ex speciali saltem gratia conferuntur, nec ullum ex iis tributum Imperatoris fisco pendunt, Wesenbec. *cons. 45.* Heig. *d. quæst. num. 26.* Quin etiam cæteri Imperii status ex singulari privilegio Jus Salinarum tanquàm regale exercent, Dan. Otto *d. J. P. c. 11. fol. 309.* neminem etiam ante compositam Auream Bullam sine concessione Salinas habere potuisse, noviterve repertas ad majestatem spectasse: Id vel solùm probant Salinæ Hallenses, ab Ottone I. ArchiEpiscopo cuidam Magdeburgensi donatæ, & sic juris Episcopalis effectæ, Heig. *pag. 1. quæst. 14. num. 28.* Regner. Sixt. *de Regal. lib. 2. c. 19. & 17.* Conradus & Benedictus Carpzov. *d. Regal. Disputat. Inaugural. thes. 62. 59. 60. 61.* Magnif. Dn. Præs. *Syntagmat. J. f. cap. 6. thes. 26. num. 3.* à quo iterum civibus concessum in feudum proprium, quod probant verba, quæ scripsit Senatus ad Universitatem Wittebergens. A. C. 1599. **Und ist zu wissen / daß obwohl obgedachte Thal-Güther vom Ertz-Bischoff zu Lehn rühren / auch die Güther davon Roß-Dienste leisten müssen / so hat der Bischoff kein Thal-Guth für sich behalten können / ob gleich endlich** per generationem fin-

tam etwas an ihn kommen / sondern er hat solche einem Bürger in Halle geben müssen. Et postquam An. C. 1479. die TriumRegum urbem sibi appropriavit Ernestus ArchiEp. quartam partem Salinarum & Sartaginum sibi reservavit, reliquas Salinas & Sartagines civibus rursus sub certâ præstatione in feudum concessit: verb. Senatus ad Capitulum Magdeburg. Anno 1580. Zu dem hat es viel ein andere Gelegenheit mit den Thal Güthern allhier / als mit andern Feudis, denn wir von Thal Güthern Kauff-und Thalschoß / Lehnwahren und Thalsteur und andre Beschwerung tragen und geben müssen. Et hoc factum per breve testatum, h. e. per testimonium aliquod, quod probat investituram, subscriptum à testibus seu parib. Curiæ *2. F. 32, qui test. sunt necess. 2. F. 2. quid sit investit.* Schneidw. d. Feud. *p. 4. n. 25.* Et per hoc breve testatum ipsis conceditur Dominium utile, Dominus retinet Directum, verb. Senatus ad Scabin. Witemb. sunt A. 1509. die 12. Nov. Welche Saltz-Güther allerseits nicht Erbe / (ausgeschlossen wenig Pfannen) sondern nur Lehn sein / und hat der ErtzBischoff also das Dominium Directum, die Bürger zu Halle utile daran / vel per Ceram vulgò im Wachs / oder Cantzeley Lehn Heig. *p. 1. quæst. 14. n. 31.* cujus talem naturam esse scripsit Senatus ad Capitul. Magdeb. A. 1600. der alte Stylus, Natur und Beschaffenheit / der Cantzeley Lehn beruhet nur auf einem regress, i. e. illi, qui mutant domicilium Hallense, & alibi fixam habent sedem, bona statim vendere, exque tabella cerea eradi debent, mortuis suis, & cum ipso investitis, seinen mitbelehnten / liberum tn. ipsis, an velint revertere vel regredi, & ex capite talismodi feudi de novo in cerâ radi, bonaq; possidere, quæ bona aliàs Principi ratione finitæ generationis accederent, qui enim tabellis cereis non insertus, regulariter hoc in feudo nequit succedere. Investitura hæc, rarius ab ArchiEpiscopo, sed ab ejusdem & Capitul, Magdeburg Legatis in Curia præsente Senatu, cui interest Salisgravius, qui respectu Salinatorum & Hallurgorum exercet Jurisdictionem, exinde Grave dictus, quoniam vox Grave indicat Judicem, *Heig. p. 1. quæst.*

quæst. 2. n. 43. Hannon. Disp. Jurid. *p. 2. d. 8. corol. 1. lit. E.* quod vocabulum quidam à Grau/ i.e. canitie dictum volunt, sed melior videtur Heig opinio *d. l.* qui à vocabulo graben eos dictos putat, à reipsa scil. quia de his dijudicandis ap. veteres utplurimum præpositi erant, ut lites dirimerent, lites autem à limitibus dicti sunt. Isid. *in c. porus d. V. S.* unde Tacitus de mor. Germ. Germanos olim vicos locâsse non connexis & cohærentibus ædificiis. add. Besold. *thes. pract. vocab.* Graff. König *in polit. 1. c. 38. fol. 148.* Gothofred. Ant. *Diss. feud. 2. th. 4. lit. c.* Hodiè hanc Jurisdictionem exercet Vir Magnif. Nobiliss. & Consultiss. Dn. D. Fridericus Hohndorffius, Consiliarius insimul Principis Aulicus, Fautor & Promotor meus singulari observantia colendus, cùm a. voce Grave semper soleat præponi illud, circa quod judicando versatur, etiam Ratisbonæ Magistratus Hansgraf dicatur, qui cognoscit de litibus concernentib⁹ mercaturam, & Hansgraf nihil aliud ac Handelsgraf. vid Besold. *th pract. voc.* Hansenstätt. Ita etiam Magnif. Vir, quia rebus Salinariis dijudicandis præest ad differentiam aliorum Graviorum SalisGravius dictus. Latinè olim à Conrado Archi Episcopo in privilegiis, quæ concessit civitati de moneta Anno 1276. dicebatur Judex seu Comes in Valle Salinarum.

Thesis VII.

Forma hujus contractus in eo consistit, ut legitimo modo hoc jus concedatur, dominium in concessionarium non transferatur.

HYPOTHESIS.

Solent Salinatores, vel ii, qui Sartagines ex quocunque justo titulo tenent, ad tempus ut certam pendant pensionem aliis Salinatoribus sartagines concedere; Concessio hæc fit per instrumentum sive literas, durch einen Versage Zettel/ vid. *th. 3. in fin.* non ita ut Cessio hæc operetur translationem dominii, quia periculum manet apud dantem, & res perit suo Domino, *l. 9. C. d. pignor. act.* Carpzov. *p. 2. c. 26. def. 10.*

quod

quod ipsum argumento esse ait Heig. laud. *quaest. 14 n. 7.* dominium non transferri *l. 1. §. 5. de aestim. act. l. 10 de jur. dot. l. 17. §. 1. de P. V.* ipsique quibus conceditur non possident. *l. 1. §. 1. de acquir. rer. dom. l. 2. C. de praescript. 30. vel 40. annor.* unde solum negotiari possunt cum jure concesso, dominium autem remanet apud dantem, inde mortuis de concessi bonis investitis, deficientibus legitimis feudi successoribus Jus illud redit ad ArchiEpiscopum *2. F. 86.* Sed olim A. 1599. extitit dubium inter ArchiEp. & Senatum, cui Senatus objecit, si post generationes finitas, Salinas sibi ArchiEp. reservaret, tractu temporis totas Salinas transire, id quod contra Regiments-Ordnung/ *Ann. 1479.* & Thal-Ordnung/ *1582.* qua de re consuluere Dn. Scabinos Jenenses, à quibus pronunciatum ArchiEpiscopum illas Salinas supra numerum A. 1479. electas habere non posse, sed illas alienare debere, verba Senatus sunt: Dieweil denn post generationes finitas die Thalgüther dem Ertzbischoff heimfallen/ und uff Jhr Gnaden Schrifft kommen/ Als haben sie sich bald mit Ertzbischoff Ernesto verglichen/ daß Jhr Gnaden eine gewisse Zahl haben/ und was Jhr darüber heimfält/ solches besessenen Bürgern überlassen soll. Quaeritur hac occasione, si vasallus moriatur an statim succedat Dominus, atque lucretur fructus deficientibus haeredibus feudi legitimis, an fructus transmittat ad haeredes allodiales? quam quaestionem secundùm Jus Saxon. decidere non possumus, quia verba successionis ratione fructuum in Const. El. *p. 3 c 32.* solum loquuntur de fructibus industrialibus, ac hac ratione distingvitur an fructus rastro subacti, nec ne? illi pertinent ad agnatos Vult. *de Feud. l. 1. c. 11. n. 100.* Schneid. *de Feud. p. 6. n 29.* & *ad §. 26. I. de R. D.* Carpz. *p. 3. c. 32. def. 1.* fructus verò qui rastro non subiguntur, sed certo tempore maturescunt, ut vineae, ad haeredes allodiales pertinent, si post diem Urbani decesserit defunctus *art. 58. lib. 2.* Land-Recht. Carpz. *p. 3. c. 32. def. 3.* Cum autem fructus ex Salinis promanantes, neque rastrationem, neque sationem praesupponant exemplo Lapidicinarum Lud. Schrad. *dist. 3, n. 66* Ideo nec jus Saxonicum applicari potest, nec J. Commune Feudale, quo Vasallus post

Augustum ante Martium defunctus omnes fructus relinquit Domino, sin post Calendas Martii usque ad Augustum decesserit, omnes illius anni fructus ad hæredes suos transmittit allodiales *cap. 1. §. his consequentes', hic finit. lex & inc.* Vult. *de feud. l. 1. c. 11. n. 100.* Schneid. *de Feud. p. 6. n. 29.* Carpzov. *p. 3. c. 32. def. 9 & 1.* Sed in nostro contractu paucis edoctus sum dominum statim post mortem vasalli succedere in ejusdem jus, ita tamen ut successores in possessione maneant eo anno, dominus autem lucretur fructus die Außläufft agnati autem tantum den Siede-Profit. Sed quid si filiæ mortuo patre, tantum ex allodialibus non retineant ut legitimo ipsisque convenienti modo elocari possint, bona autem Feudalia veniant ad ArchiEpiscopum? hoc casu ArchiEpiscopus promisit in der Regiments-Ordnung/ se eas convenienti modo elocare velle ex bonis Feudalibus, quæ plerumque tertia pars est bonorum Feudalium, conjunctim filiabus acceptis, quod & obtinere potest in fratribus & agnatis qui deficientibus allodiis sorores justè elocare debent, & astringuntur per Ord. Pol. von Außstattung der Töchter aus den Lehengütern / ubi: So ein Lehnmann einen oder mehr Söhne / und zugleich auch Töchter/oder aber keine Söhne / sondern nur eine Tochter/und an Erbgütern so viel nicht verlassen würde/ daß die Töchter ihres Herkommens und Gebuhrt nach/ davon ausgestattet werden können. Non observata distinctione an feudum sit antiquum vel novum de quâ distinctione *c. unic. vers. novam. 2. f. 32.* Vult. *c. 8 pr.* Rosenthal. *c. 2. §. 14. & 15.* id quod innuunt satis verba generalia: *Ord. Polit.* Von Außstattung der Töchter aus den Lehngütern. Quæ distinctio J. Saxon. recepta & quidem ita, si propter feudum novum & emptitium patris bona penitus absumpta. Carpzov. *p. 2. c. 46. def. 22. n. 2. def. 24.* vid. Hart. Pist. *p. 3. q. 38.* tunc filiabus debetur elocatio. Simili ferè modo extra Electoratû distingvitur ut ex feudo novo vel emptitio filiæ elocari debeant, non sufficientibus bonis hæreditariis Petr. Heig. *quæst. 25. n.* [illegible] antiquo, quia legitimam petere non possunt: ab intestato enim non succedunt *p. l. 8. §. 8. de inoff. test. l. 8. C. eod.* [illegible] *f. de*

ff. de inoffic. test. Carpz. *p. 2. c. 26. d. 24.* unde Ann. 1555. à Jud. Aul. Lipsiens. rescriptum verb. Darauff wird gesprochen / daß die Bürgers Söhne solches zu thun nicht schuldig / & hoc forsan ex feudo antiquo. Sed eadem pugnat ratio in feudo novo, & ipsis non competit elocatio ideo in feudo novo quod ex eo legitimam petere non possint, *quæ esset illatio ex argumento hoc.* sed multo alia subest ratio, indeque rectius non distingvitur in nostra civitate inter feudum antiquum vel novum, propter generalitatem textus, & ex utrisque feudis petunt elocationem bonis hæreditariis deficientibus, eadem autem ratione non distingvitur in civitate cum J. Sax. inter filias nobilium & plebejorum. vid. Berlich. *p. 3. concl. 11. num. 85.* P. Heig. *p. 1. q. 25. 166.* Carpzov. *p. 3. c. 9. def. 29. verb. Ord. Polit. d. cap.* Und wie andere von Adel gleiches Vermögens in Lehengütern ihre Töchter gemeiniglich auszustatten pflegen. add. Carpz. *de onerib. feud. dec. 3. pos. 5. n. 6.* ubi tradit, quod si feudum ad 3000. florenos valeat, filiam accipere debere non ultra quadringentos. Sed melius esse item monet *n. 8. & seqq.* si personæ status, feudi æstimatio idem personarum succedentium & filiarum numerus consideretur *d. O. Pol. d. c.* Porro ad formam hujus contractus pertinet, ut dominium in accipientem non transferatur; neque possessio *add. thes. 5. &* Heig. *q. 14. num. 14.* quod videtur legibus contrariari civilibus, ubi in omnibus contractibus innominatis dominium transferri percipimus, & quidem quod æstimatorium attinet in eo transferri dominium probat (1.) *arg. l. 1. pr. de æstimat.* ubi an ex vendito detur actio dubitatur, quod si dominium remaneret, dubium fuisset supervacaneum *arg. l. 80. de contrah. empt.* (2.) *§. 14. de act. l. 75. §. ult. de V. O.* (3.) *arg. l. 1. §. de æstim. l. 10. de jure dot.* Schultz *ad Modest. Pistor. p. 3. quæst. 130. n. 88.* Jacob. Sand. *de contract. Disp. 15. thes. 1.* Permutatio est dominii & similis juris in re translatio quæ vel invita vel voluntaria, illa non transfert dominium, *non obst.* Tausch ist kein Raub / add. Carpzov. *crim. quæst. p. 2. quæst. 91. n. 9. p. 345.* Dn. Præs. *Exerc. 1. th. 23 26.* Joh. à Felde *Elem. c. 2. membr. 1. art. 2.* hæc transfert *arg. §. 14. de act. l. 75. §. fin. de V. O. l. 167. de R. I. arg. l. 1. §. 3. de R. P.* Frantzk.

in comm. ad Pand. de R. P. n. 3. Do ut des quin[illegible]dem cum permutatione dominium transfert: *arg. l. 5. §. 1. de P. V.* Hahn. Bachov. ad Wesenb. *de R. P. num. 10.* Dn. Præs. *ad tit. de R. P.* Dissent. Wesenbec. *h. t. num. 10.* Do ut facias, facit transire dominium *l. 1. §. 2. de P. V.* *arg. l. 13. §. 1. eod.* Bachov. ad Treutl. *volum. 1. Disput. 24. thes. 5. lit. C.* In reliquis duobus facta præstantur, quæ sunt irrevocabilia, factumque infectum fieri nequit *l. 28. de P. V.* Verum quanquam dicta quodammodo veritati nitantur, negandum tamen prorsus non est, dari etiam contractus innominatos in quibus non transferatur dominium. *§. praeterea 2. verb. placuit. locat. cond. l. 17. §. 3. de P. V. l. 1. §. 2. arg. l. 3. & l. 4. eod.* vel si leges non sufficerent id probant vel noster contractus vel ille quâ princeps ex liberalitate alicui salinas concedit Gnadenpfannwerck/ de quâ Heig. *d. quaest. 14 arg. d. §. 2. locat. cond. & l. 17. §. 3. eod. add. thes 5.* quarum usum alienare nemini prohibitum, modo evitetur usuraria pravitas, quod quidem olim adeò strictè non observavere contrahentes vid. Magnif. Dn. Richter *Decis. 4. n. 20.* Sed hodie, per constitutionem *A. 1644. d. 30. Septemb.* editam, Princeps, ita usurariam pravitatem, de (quâ *Recess. Imp. de A. 1500. 1539. 1577. 1600.* So viel nun/ ubi 5. pro singulis centenis annuatim permittuntur, J. Civil. quales usuræ permissæ fuerint Dn. Hahn *ad Wesenb. ff. de usur. n. 2.* Dn. Præs. *Exerc. 27. th. 49.*) exulem voluit, ut ex locationibus conductionibus hisque similibus contractibus, inter salinatores de re salinariâ initis, tantùm permiserit loco usurarum fructus die Ausläuffte. *verb. d. constit.* Daß keiner mehr für die Güther geben soll/ als die blossen Ausläuffte/ und von einen grossen Rothe 50. floren. Ingleichen auch Ihr Fürstl. Durchl. alle locat. conduct. aus Landes-Fürstl. Macht und Obrigkeit auff diese Masse restringiret und geändert. Idem statuitur in pacto retrovenditionis, non obstante quod pactum retrovenditionis cum læsione enormissimâ etiam subsistat Fab. *in Cod. de rescind. vend. def. 29.* Carpzov. *p. 2. c. 1. d. 1. n. 7.* & hoc forsitan eâ ratione quia emptor dominus rei est. vid. Gomez *de empt. & vend. c. 2. n. 27.* Donell. *ad l. 9. n. 17. C. de pact. inter empt. & vendit.*

dit. Gail. *2. obs.* 18. Hart. Pist. *p. 1. q. 24. n. 12.* Hahn. *ad Wes. ff. de resc. vend.* Dn. Præs. *Ex. 23 th. 46.* Emptor autem in nostrâ civitate etiã ex pacto retrovenditionis solos lucratur fructus die Auffkäuffte / *d. cõst. 1644.* & Dn. Richt. *Dec. 4. n. 20.* ob minimâ tamen læsionem vix quicquam emptori de summâ detrahi posse puto *arg. Recess. Dep An. 1500* § Wucherlichen Contracten. & *d. A. 1654.* §. Anreichend die künfftigen Zinsen. Andr. Rauchbar. *quæst. 20. n. 38. p. 1.* Dn. Carpzov. *p. 2. c. 20. def. 1.* & *3.* Dn. Richter *Decis. 74. n. 14.* Dn. Præs. *Ex. 27. th. 49.* Dici quoque contractus innominatus illa conventio potest, quâ salinarii solent convenire, his verbis, do tibi sartaginem per unum vel binos annos utendum fruendum ut finito tempore meam restituas & aliam sartaginem ejusdem valoris s. ex eodem fonte per idem temporis spatium mihi concedas, quæ dicitur auff dem Bock nehmen / ex quo contractu iterum probatur dominium non transferri, & tamen actione P. V. agi posse, quæ inducit contractum innominatum *arg. l. 2.* & *3. de P. V.*

Thes. VIII.

Finis, qui primus in intentione & ultimus in executione est, ut concessum finito tempore restituatur & fructus perceptus justa æqualitate dividatur.

HYPOTHES.

Restitutionem juris concessi inducit vel ipsa hujus juris natura, vel conventio partium, insimulq; longa superveniens consuetudo confirmans, vid. thes. præced. Heig. *quæst. 14. num. 23.* Dixi ut justa proportione & æquitate fructus inter concedentem & concessionarium dividantur, qui æstimandi juxta *l. mutius 30. pro socio.* quæ proportio, ut anteà monui, esse posset Arithmetica, quia contractus innominati sunt dominii translatitii, ut latius præcedenti thesi deductum, atque hac ratione nil nisi commutationes e. g. permutatio, do ut des &c. circa justitiam autem commutativam versari proportionem arithmeticam, nemo inficias ibit, quæ versatur in eo, ut illud.

in quo alter circumventus corrigat, & plus habenti deducat, minusq; habenti addat Dn. Præs. *Ex. 1. thes. 15. & seqq.* & Joh. à Feld. *Elem. p. 1. c. 4* non autem ob minimas etiam circumventiones, in contractibus hæc adhibetur proportio *p. l. 16. §. 4. d. minor. l. 22. §. 2. & 3. loc. cond. l. 23. eod. l. 2. C. de resc. vend.* Pac. *ad §. ult. l. 1. §. 2. l. 7. d. Pall. lit. B.* Hart. Pist. *p. 1. q. 23. n. 4.* Dn. Præs. *Ex. 6. th. 14.* nisi dolus causam dederit, vel enormis intervenerit læsio juxta *L. 2. d. resc. vend.* Carpz. *p. 1. c. 1. def. 8. num. 4.* cùm autem in nostro contractu & cesset commutatio & dominii translatio, neque res ipsa corrigatur, sed fructus ex re pervenientes, ideòque distribuuntur fructus inter eos proportione Geometrica, h. e. respectus habetur rei collatæ, etsi ab altera parte non res, modo operæ præstitæ fuerint, juxta *§. 2. d. Societ.* Inde concedens vulgò *die Auslåuffer* / & concessionarius ob operas præstitas minus, *den Siede-Profit* lucratur, & quid multis? ipsa conventionis verba talismodi proportionem innuere videntur. Pluribus notavi Concessionem Salinarum non inducere translationem dominii, unde qr. : an nullo modo dominium in alium transferri possit? Quæ quæstio decidenda ex Jur. Feud. quia jus salis coquendi est feudum, feuda autem sine consensu domini alienanda non sunt, *1. f. 5. quib. mod. feud. amittat. 1. f. 13. de alienat. feud. & 1. f. 21. § si quis de feud. sine culp. non admittend.* Inde (1.) requiritur consensus domini directi, idem sentit J. Sax. in hoc tamen differunt, quòd Jus Electorale Saxonicum etiam consensum agnatorum & simultaneè investitorum requirat, nisi ab agnatis revocari debeat, *Const. Elect. 48. in pr. & const. 49.* Joh. Schneid. *d feud. p. 5. n. 59.* Jus autem commune Saxonicum feudum sine consensu domini alienatum ad dominum magis, quàm ad agnatos illud devolvit *2. f. 38. d. vasall. qui cont. const. Cathar.* Sed hoc sub certâ limitatione vult Hartm. Pistor. *p. 2. quæst. 15. & 17. num. 13. pag. 733.* Carpzov. *p. 2. c. 49. def. 12.* Salinæ autem Hallenses quanquàm feudum sint, tamen sine consensu domini, (nisi sub hâc limitatione, e. g. Si in lineâ successionis quædam adhuc sint personæ Germ. *Wann der Fall nur auf zwey oder vier Augen stehet*/) exemplo allodii alienari posse puto ob diversitatis ratio-

nem,

em, quam sapiunt in hoc pactu ab aliis feudis, cessante autem ratione prohibitionis ipsam etiam cessare prohibitionem, *l. 18. test. c. cessat. extr. in 6to.* nemo negabit, ratio autem feudi non alienandi (1) est in *2. f. 52. de prob. feud. alienat.* sc. militem non debere alienare feudum, ne servitia domini debilitentur: quanquam non ignorem, fidelitatem esse de essentia feudi, servitia autem tantum de natura, ita ut feudum etiam sine servitiis concedi queat: Schrad. *p. 2. c. 2. num. 32. de feud.* Arumæ. *Disp. 1. feud. thes. 38.* vid. Kohl, d. Servit. *feud. p. 1. n. 5.* fidelitatisque juramentum omitti possit. *text. 2. f. 3. §. 1. in fin. 24. §. 1. 40. 76.* Dn. Arumæ. *Disp. Feud. 1. thes. 22.* vid. *Syntagm. J.F.* Dn. Præs. *cap. 11. th. 4.* manet tamen firmum, alienationem feudi ideò prohibitam, ne servitia debilitentur domino, atque licet in concessione nulla fuerit mentio servitiorum, ea tamen præstare tenetur vasallus, quia sunt de natura feudi. *2. f. 23. in fin. & 55. §. firm. junct. l. 11. §. 1. d. act. empt. arg. l. 6. C. de evict.* vid. laud. Dn. Præs. *d. l.* Inde ad servitia præstanda imperfectus, feudum regulariter retinere non potuit *2 f. 36. an mut. vel al. impos.* multumque interesse videtur domino, an habilem vel capacem ad præstanda servitia vasallum habeat, alienatione autem sine consensu domini concessa, tàm habiles quàm inhabiles ad servitia ipsi præstanda adstricti essent, *arg. §. 5. & 6. de Societ. L. 35. pro socio.* atque secundum primævum feudorum originem ii tantùm erant capaces, qui ad militiam idonei; successu autem temporis fœminis etiam feuda sunt concessa, *J. f. 8 II. f. 30.* talismodi autem personis feudum concedens, tacitè præsumitur admittere, ut servitia, quæ ipsa expedire nequit, per substitutum præstet Andr. Kohl, *de serv. feud. p. 5. num. 11.* Idem de Impubere & Minore sentit Dn. Præs. *Syntagm. d. F. cap. 5. th. 13.* Furioso, Prodigo, Muto, Surdo, Cæco *thes. 14.* & aliis similibus *thes. 18.* Sicut autem prædictæ personæ servitia per substitutum præstare possunt, ita Salinatores Hallenses sua servitia per pecunias præstant, æreque servitia redimunt, quæ pecunia, an ab hâc vel illâ personâ domino præbeatur, nihil interest domino feudi: Hinc Senatus ad Capit. Magdeb. Anno 1596. hæc verba scripsit: **Zu dem hat es eine andere Beschaffen-** **heit**

heit mit den Thalgütern / deñ mit andern Feudis auf dem Lande; denn wir davon Kauff- und Thalschoß / Lehnwahren und Thalsteuer / auch andere Beschwerung geben müssen / darumb denn auch Hochlöbl. ErtzB. und Vorfahren dahin gesehen / und die alienation und Verkauffung gleich andern bürgerlichen Gütern gnädiglich verstattet / sonderlich wenn der Fall auf mehr denn allein 2. Augen gestanden. Non obst. quòd impuberes, minores, &c. feuda concessa alienare non possint, quia & hi tàm ad capaces quàm incapaces alienare possunt, Salinatores autem non nisi ad capacem alienatione quâcunq; feudum transferre possunt, ob statutum, Ein ieder / so pfannwergen wil / muß ein Bürger sein / Hauß und Hof haben / dasselbe bewohnen / 3000. Thl. Gut im Thale haben / ehlich sein / oder ehlichen / oder doch ehlich gewesen. & personæ hic nihil operantur, sed pecunia datur ex feudo ipso, & nemo potest jus suum exercere, nisi pecuniam debitam deposuerit, i. est, Es darf keiner sieden / er habe denn gegeben / was er von Sieden zu geben schuldig / sonst wird ihm das Werck geleget. Porrò Salinas Hallenses posse inscio domino alienari luculenter probat improprietas ejus feudi, vid. Arumnæi Disp. feud. 2. *thes. 5. 6. & 7. Disp. 1. thes. 40.* ubi von Rapfhan-Gütern. Quod feudi genus in quibusdam Thuringiæ, eidemque vicinis locis in usu esse dicit, id quod ideò improprium dicit, quia à feudi naturalibus in iis receditur, naturamque habet censiticorum contractuum. Ob impropriam autem feudi naturam alienari illud posse, probat *c. 2. f. 48. de feud. non hab propriam f. naut.* verb. Si quis ea lege dederit, ut ipse & sui hæredes & cui dederit, habeant. *n.* Iste, qui sic acceepit, poterit id vendere vel donare, vel aliter, si sibi placuerit, etiam sine voluntate domini alienare &c. Etiam cum Wesenb. *d. feud. c. 6. n. 22.* Hartm. Pist. *p. 2 quæst. 34.* inferri possit, quòd, si fœminæ à successione feudi ideò exclusæ, quia minus idoneæ ad servitia militaria sive bella præstanda, & cessante prohibitionis ratione cesset etiam prohibitio, Carpzov. *p. 3. c. 28. d. 12. n. 2.* in nostro autem feudo nulla præstentur servitia, sed solùm pensiones, à

quo

10 feudo excludendas non esse fœminas vult. Cujac. *lib. 4. t. 104.* Ludolph. Schrad. de feud. *p. 7. c. 4. n. 56. arg. 2. feud. 36.* Seig. *quæst. 416. p. 1. n. 1. & 28. adde* Carpzov. *p. 3. c. 28. def 12.* ed contrarium vel per longi temporis consvetudinem introductum vel statutis confirmatum. vid. Ord. Polit. 1652. verb. Oder aber keine Söhne/sondern nur eine Tochter/&c daß dieselbe Geburth und Herkommens nach davon ausgestattet würde. Ab allodiis porro differunt in eo, quod bona civium invitis etiam dirui civibus, vel alio modo ob justam causam à magistratu superiori auferri possint id quod communi Dd. calculo comprobatum asserit Gail. *2. obs. 56.* qui & pretii solutionem requirit *n. 8.* quæ solutio de necessitate non est modo justa adsit causa & præprimis in suburbiis vid. Pinell. *in rubr. C. de rescind. vendit.* Menoch. *1. de arbitr. 48.* Mynsing. *observ. 97. c. 5.* Salinæ vero s. Jus Salis coquendi neque ad conservationem Reipublicæ, quæ primaria alienationis ratio, soluto licet pretio, neque alienari neque oppignorari possint ob verba der Willkühr. Cap. Von Verkauffung der Pfannen der Stadt wegen. verb. Auch willkühren wir / daß man keinerley Pfannen mehr von der Stadt wegen verkauffen soll/weder zu leihen noch zu Wiederkauff.

THES. IX.

Effectus hujus contractus est, ut ob defectum singularis actionis P. V. agamus.

HYPOTHES.

Non conditione causâ datâ causâ non secutâ, quâ vel pœnitentia ductus vel propter alterius cessationem rem datam repeto *l. 5. §. 1 de P. V.* adde Matth. Wesenbec. *Parat. de con. dict. c. d. c. n. sec. n. 2.* Treutl. *vol. 1. Disp. 22.* Vult. *J. P. Roman. lib. 1. c. 8. lit. a.* Dn. Præs. *ad d. 1. thes. 6.* & hoc ideò quia per inveteratam consvetudinem vel ob modum conventionis ipsam pœnitentiam locum sibi non vindicare in hoc contractu autumo, ut latius *thes. 5.* demonstravi. Actio P. V. est [illegible] ex contractibus innominatis directò descendens,

civilis, b. f. competens ad implenda contractus verba & præstandum interesse *l. 5. §. 1. de P. V.* Heig. *ad §. actionum. de act.* Dicitur passim variè in LL. (1.) actio in factum civilis *l. 1. §. 1. l. 5. §. 2. de P. V.* (2.) in factum *l. si tibi 22. l. 24. de P. V. l. 1. §. 1. de R. P.* ita tamen ut hæc comprehendat actionem *P. V.* non verò actio P. V. actionem in factum; & latius hæc sese extendat quia etiam datur ex delictis *l. 11. §. 1. de dolo. l. 3. de eo per quem fact.* & hac ratione, omnis actio in factum continet actionem P. V. sed non contra. Hahn. ad Wesemb. *de æstim. act. in pr.* (3.) actio vel intentio vel condictio incerti *l. insulam 6. l. 9. l. 16. de P. V.* (4) datur ex precario & dicitur incerti condictio *l. 19. §. 1. de precar.* (5.) P. Verb. actio quæ ex bonâ fide oritur *l. 2. §. 2. de precar. add.* Bachov. *ad Treutl. Disput. 24. th. 5. lit.* C. ubi non posse dari actionem ibi de P. V. regularem, quoniam, in *l. 2. §. 2. & l. 19. §. 1.* non ageretur ad interesse id quod contra naturam A. P. V. juxta *l. 5. §. 2. de P. V.* esset, sed puto ideò dari actionẽ P. V. de precario, quia interdicto restitutorio nil nisi revocare datum possumus, interdicto autem nõ sufficente per actionẽ P. V. interesse petere possumus. Ob hæc verba in quanto versentur conflictu Dd. nostri instituti non est latè ostendere, modo hic observetur, quod actionis P. V. causa efficiens atque origo sit b. f. *l. 2. §. 2. de precar. vid.* Dn. Præs. *Exerc. 45. thes. 157.* Annumeratur etiam *§. 28. de act.* actio P. V. bonæ fidei actionibus nec solùm ea, quæ de æstimato proponitur & quæ ex permutatione competit, sed & actio P. V. quæ de reliquis datur contractibus innominatis: argumento esse possit virgula s. comma postposita actioni P. V. in dicto §. actionum (quam virgulam in omnibus, quas videre potui, editionibus etiam antiquissimis, ita positam observavi, quo commate non utimur, nisi articulos sententiarum aut enumerata, aut periodi partes, ad unum nomen aut verbum relatas, à se mutuo discernimus, quod ex Cicerone aliisque classicis dilucidè probatur: hoc præsupposito verba P. V. non possunt referri ad sequentia sed antecedentia; ita ut sensus §. sit. Actionum quædam b. f. quædam strict. juris: Actiones b. f. hæ sunt. Actio ex empto, actio ex vendito, actio

in

440

ocato &c. actio P. verbis, actio quæ de æstimato proponi- & ea quæ de permutatione competit. Ea autem de ratio- hos duos contractus æstimat. & permutat. specialiter ex- ssos esse videtur, quod de his magis dubitatum fuit an ex dito, locato, conducto detur actio. *l. 1. de æstimat. tot. tit. de* *l. 5. §. 1. de P. V.* unde patet §. 28. *aliam explicationem* vix ittere: add. F. Hotom. *in conject. de P. V.* Hub. Giphan. & g. *ad §. 28. de act.* Facit quod de contractibus innomina- ffirmat Bachov. *vol. 2. Disp. 3. thes. 1. lit. B.* eos neque bonæ i neque stricti juris esse, ideoque *l. 32. de usur. & fruct.* in his lo- habere non posse. Sed propius mihi videtur act. P. V. ac- re ad actiones b. f. quam stricti juris, quoniam P. V. actioni , ut simul agamus ad interesse *p. l. 5. §. 1. §. 5. de P. V.* Hahn. Ves. *de P. V. n. 2. verb. si do tibi, & hoc fieri contra jur. cõmunis* *las.* Actionibus autem b. f. inest, ut statim ob moram usuræ toriæ (quæ suâ intrinsecâ naturâ, nihil aliud sunt ac inter- præsumptum, vid. Bachov. ad Wesenb. *n. 9. in fine de usur.* *act.* Dn. Præs. *Exerc. 27. thes. 43.*) vel propter moram in endo commissam *l. 7. §. 3. de usur. & fruct.* aut fidem con- us violatam s. non observatam præstentur. *l. 1. §. 1. d. t. l. 32.* *13. §. 20. l. 21. de act. empt. l. 2. C. de usur. & fruct. l. ult. §. 2.* *r. dot.* Accedit communis Dd. opinio, quod ii sint con- us b. fidei, qui vel specialiter *in §. 28. 29. & 30.* enumerati, vel s implicitè comprehensi ob similẽ quandã naturam *arg. §.* *locat. & conduct.* Inde actionem ex contractu emphyteu- o, & actiones contrarias, bon. f. actiones asserunt &c. b actione P. V. non solum species ibi nominatas, sed & sub actione P. V. comprehensas i. e. omnes contractus minatos b. f. esse ex eodem fundamento cum Magnif. Dn. *Ex. 46. thes. 71.* affirmarem. Facit quod contractuum in- natorum tam frequens sit usus, quam reliquorum con- uum *b. f. l. 44. de usurp. non obst. l. 1. in verb. nonnunquam de* movet quia contractibus b. f. adeò sunt vicini, ut ab illis sternoscantur, sicut apparet *ex l. 5. de P. V.* quæ verba ranc. Hotom. *in conject. de P. V.* quam rationem rejiceret). Arumæus *ad l. 2. de R. V. them. 22.* 3. quod contra hoc

communis observantia, 2. quod nulla sit lex quæ reliquos contractus innominatos in classem b. f. transferat. Sed quantum subtilitatis habeant. *d. arg.* quilibet videt. Inde & proximè ad contractuum nominatorum naturam accedunt e. g. do ut des accedit ad emptionem & venditionem *l. 5. §. 1. de P.* Do ut facias ad locationem. *l. 5. §. 2.* Facio ut facias ad mandatum. Fac. *Anal. C. de R. P.* Excipitur facio ut des ex quo datur actio de dolo *l. 5. §. 3. l. 15. de P. V.* nisi ex dict. leg. 15. explicatio assumatur, & eâ ratione accedit ad negotiorum gestionem. *l. 22. verb. sed & de P. V.* Quod verò detur ex hoc actio de dolo statuit Cujac. *ad l. 7. de pact.* & Sichm. *nucl. Inst. ad §. 2. I. de J. N. G. & C.* hoc ideò fieri, quia ad reliquos contractus ex quibus datur actio civilis accommodari nequit, cum sit singularis à contractibus aliis. Dicta autem hæc sunto salvo Virorum contrariantium judicio: neque verbis his, ut articulis fidei inhærendum esse desidero, sed, exercitii causa proposita de P. V. actione defendere mens est, & tantum de J. Civ. Consvetudine enim & hodierno tempore omnes contractus & actiones videri b. f. asserit Sichm. *in nucl. inst. ad §. 28. de A.* quia in omnibus ferè judiciis ad accessionem fructuum & quod interest restitutionem agere solitum, inde ex morâ hodie debentur usuræ ex mutuo *vid. Recess. Deput. Spirens. A. 1600.* §. So viel nun. *verb.* So ordnen und wollen wir/daß solch interesse (scil. in contractu mutui) à tempore moræ erstattet &c. & hæc sine creditoris interpellatione committitur modo ad certum tempus determinatus fuerit contractus. *l. 32. §. 2. de usur. & fruct. l. 13. § 20. l. 21. de act. empt. l. 2. C. de usur. arg. l. 12. C. de contrah. stipul. l. 9 pr. de usur.* Except. est in existente conditione *l. 24 quand. dies legat. ced.* Dn. Præs. *Ex. 27. th. 78.* vid. Magnif. Dn. Richter *dec. 74.* Dn. Frantzk. *lib. 2. resol. 10. n. 84.* Dn. Hahn. ad Wes. *tit. de usur. n. 2.* Dn. Præs. *Ex. 27. th 55.* Non autẽ obst. hodiè formulas bonæ fide actionum esse sublatas *p. tot. tit. C. de formul. & imper. sublat.* nam licet formulæ sublatæ sint, ipsa tamen natura in iis nihilominus durat.

F I N I S.